



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

Continet Tractatvs De Conscientia, De Peccatis, De Legibvs, De Fide, Spe,
Et Charitate

**Castro Palao, Fernando de
Lugduni, 1669**

Dispvtatio V. De pœnis temporalibus hæreticorum præcipuè de
confiscatione bonorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76540](#)

312 De pœnis spiritualibus hæreticorum.

Sus sit quomodo possit beneficij transferri potest? Vnum autem est omnino certum, supposito, quod hæreticus priuatus sit ipso iure beneficis, videlicet facta declaratoria delicti, rescindi permutationem & resignationem beneficij, & auferri beneficium ab eo, cui via permutationis, aut simpliciter resignationis collatum fuit; quia sententia illa declaratoria habet effectum suspendendi, & invalidandi omnes actus qui subiecti fuerint à die commissi criminis. Rescissa autem tali renuntiatione, aut permutatione auferetur à resignatario beneficium collatum, ipsè resignatarius si loco beneficii ab hæretico accepit alium illi conculcit, potest ad suum pristinum beneficium redire, vel proprii autoritate, vel salem noua aduentione collatione, quia permutation non habuit effectum, sic Sanchez cum Flanni, *spr. n. 9.* Quartus effectus est priuatu fructuum ex beneficio perceperunt, si enim beneficium priuatur, à fortiori priuari debet fructus ab eo prouentibus. Quare aduentiente sententia declaratoria criminis, cum omnia bona hæretici confiscetur, & illi fructus confiscati manent: neque allegata potest sibi deberi ob iniuriam exhibitum, quia vnde cœcum ea habeat, omnibus priuatur. Solum ei difficultas, an ante sententiam concatur ea restituere? Affirmat teneri Azot tom. 1. lib. 5. cap. 8. quest. 3. Gonzalez plures referens, *glossa 15. num. 150* Barbola 3. part. *allegat. 52. num. 154.* Mouentur, quia fructus acquiri non possunt sine titulo beneficii, sed i) hæretici illo carent ratione criminis. Ergo Neque allegata potest in praesenti bona fides, cum hæretico conferre se titulo priuatum esse. Nihilominus probabilius videtur dicendum hæreticum beneficium lucrari fructus beneficii taliter, quod non tenuerit illos restituere ante sententiam, sic Sanchez illo *cap. 26. num. 10.* Mouentur, quia ad horum acquisitionem sufficit titulus possessionis, & administrationis legitima beneficii, etiam si ritulo & proprietate careat, vt contingit in qualibet alia re temporali fructifera, qua priuatus est ipso iure hæreticus: sicut enim cum haec priuatione compatiat exclusio restituti, & fructus illis ante sententiam, ita in beneficio, & eius fructibus dicendum est. In quo est maxima differentia ab hærente sententiæ à principio titulum nullum, quia hic, neque possessionem, neque administrationem beneficii legitimam habet, quia hæc fundatur in titulo. At cum titulus in penam delicti deperditur, non perditur possit, neque administratione, & consequenter neque titulus legitimus ad lucrandos fructus. Verum esti doctrina acquisitam, ratione adhuc non possum. Extremo enim priuationem factam hæretico ante sententiam non esse ita absolutam, & perfectam, vt titulum, & dominium priuatum, aliarumque rerum deperdat, non enim percipere possit, quomodo beneficium retinere possit, illoque vti, si titulo beneficii hærente careret, neque quomodo possit validè in aliud transferre non translato titulo? Sed exstimo esse quandam imperfectam, & conditionalem priuationem, ut aduentiente sententia declaratoria criminis ceaseret, ut die commissi delicti priuatum beneficium, omnibusque aliis rebus, si dicit Suarez *diss. 21. de fide. sect. 5. num. 19. & 20.* Quae omnia clariora reddentur ex his, que de confisicatione bonorum dicimus.

7 Sed quid si clericus hæreticus ex toto corde conuertatur priuandus est beneficiis, & officiis?

Due sunt sententiae communes. Prima negat, sic Eymer. *director. 3. part. quest. 113. versic. confidantur.* Et q. 115. *versic. hoc sam. Decian. tractat criminis lib. 5. cap. 54. n. 8.* Rebuffus *practic. benefic. n. 5.* Cartet, *in practic. criminis 4. tractat. de hereticis* § modò qualiter. n. 1. Archidiacon. Geminian. Philippus Francus, & alii apud Farinacum *in fragm. verbo clericis,* num. 362. & de hereticis, quest. 189. n. 82. Fundamentum definiuntur ex cap. *ad abolendam de hereticis, versic. praesenti.* vbi dicunt, si clericus est, totius Ecclesiastici ordinis prærogativa nudetur, & sic omni beneficio, & officio spoliatus Ecclesiastico, laicaria relinquitur, arbitrio potestatis, animaduictio debita puniundis, nisi continet post deprehensionem erroris ad fidem Catholicam omittit sponte recurrere, & erroris, *nam ad arbitrium Episcopi, &c.* Ecce qua ratione si continuo ad fidem reuertitur, non priuatus beneficis. Sponte dicitur ad fidem reuerti, quando infra tempus gratia venit non monitus re integræ, & ante receptas probationes, vt dicit Archidiacon. *in cap. ut commiss. de hereticis* in 6. col. 2. ad medium, sub v. 3. Additum Pegnam 2. p. direct. in comm. 8. explicantem *spr. 2. e. ad abolendam,* & laius 3. p. q. 109. comm. 158. dicuntque hæreticum tunc continuo redire, & conuerti, si ante sententiam diffinitum conuerteretur, & tunc non esse bona illius confiscanda; confessit Zanch. de hereticis 16. n. 7. ibi Campiegus Bernard. *in lucerna, verbo redire, §. 6.* Simancaes de catholicis *inflit. 47. n. 40.*

Secunda sententia affirmit priuandos omnino esse, & soluta ex dispensatione Pontificis ex retinere posse. sic pluribus confirmat Simancus de catholicis *inflit. 47. n. 6. & in Enchirid. sit. 58. n. 4.* Lelius Zechius in sum. 1. p. tit. de fide, cap. 11. n. 16. in 12. *pars Rept.* inquit verbo cōqueruntur, *versic. cum conqueri* regatur, & alii apud Farinacum *spr. 2.* Mouentur ex concilio Elberfino, cap. 5. vbi dicitur ex omni heretico, qui ad nos fidelis euenit, minime est ad clerum promouendus, vel si qui sunt in

præteritum ordinati, sine dubio deponuntur, vbi verbum *deponitur*, significat depositionem perpetuam, ut ex glossa, & Commodo Bruno, & Simanc. notaui Farinac. *locis allegatis.*

In hac contrarie distinctione videtur Farinac. *spr. sc. quies Pegnam direct. inquisit. 3. p. q. 113. comm. 162. versic. vero.* affirmat namque primam sententiam intelligendam esse de hæretico ad fidem redeunte ante sententiam & antequam recepta fini probationes, & testibus conuincatur. Secundam de hæretico non sponte, sed potius testibus conuictio, aut post sententiam ad fidem redeunte, variis Doctoribus hanc distinctionem comprobatur.

8 Ceterum iuxta nostram sententiam, que affirmit hæreticum ipso iure à die commissi criminis priuatum esse beneficis, & officiis Ecclesiasticis, dicendum est primò a retinere non posse, nisi ex dispensatione Pontificis, si enim eius declaratum est, quatuorcumque ante declarationem penitentie, & hoc contumie cum secunda sententia, & cum tradit Sanchez lib. 2. in *Decal. cap. 26. n. 13.* Et recte est manifesta, quia facta declaratione delicti contrahit hæreticus penas à iure delicta statutas. Sed vna est priuatu ipso facto beneficiorum. Ergo. Item ex Bullâ Pij V. relata, referuntur Sedi Apostolice quacunque beneficia ob hæretici vacantes, sed omnino vacante beneficia saltem hæretici declarata. Ergo secundum dicendum est, si hæreticus sponte fuerit conuertus, seu antequam sapientius moritus fuerit, & testibus conuictus, convenientissimum esse, vt Sede Apostolica beneficia reddantur, quia hæc gratia aliquoniam conuerctionem maturabit. Et in hoc sensu explicandos est text. in *cap. ad abolendam de hereticis*, cum dicit non esse Ecclesiastici officios, & beneficis clericum priuandum, si *coniuiri*, & *sponte* ad fidem reuertitur. Adde huicmodi textum non de priuatione simplici beneficiorum logii, sed de priuatione, que per degradationem contingit, siquidem secularis relinquitur arbitrio potestatis puniendus, quam degradationem noluit textus admittere in eo, qui cito, & sponte ad fidem reuertitur.

9 Ad hanc penam priuationis beneficiorum reduci potest que traditur in *cap. quicunque S. ad hoc de hereticis*, in 6. vbi dicitur quoscumque viros Ecclesiasticos, qui ad preces huicmodi personarum, (nimirum hæreticorum, vel credentium, receptorum, defensorum, vel fautorum eorum) dignitates, personatus, & quacumque alia Ecclesiastica beneficia sunt ad eis. Ex novo priuatione taliter acquisiti, volentes quod tales & hæretici careant perpetuo, erit receperunt illa scienter, ad alia, vel similia nequamquam in posterum admittantur. Circa, quam ponam adiecte primo preces debere esse efficaces, ita vt ex vi illarum obtinatur beneficium. Secundo recipiendum beneficium debet esse ad preces hæreticorum sibi beneficium datum est. His ergo conditionibus existimibus perpetuo priuantur recipiens beneficis sibi acquisiti, & inhabili redditus ad alia, vel similia in posterum obtinenda. Aliuci tamen videtur poterit non esse inhabilis ipso iure ad alia, & similia beneficia obtinenda, sed illa recipere posse, si conferantur, siquidem textus solum dicit, ut ad beneficia admittantur, non tamen irritat, neque annulat admissionem.

DISPVVTATIO V.

De pœnis temporalibus hæreticorum, principiis de confisicatione bonorum.

NATURÆ sunt haec pœna, sed omnium præcipua, ex qua reliqua oririuntur, est bonorum amissio. De hac ergo quantum latius agemus, quia communis est alii clericis. Circa quam examinandum est, quia bona sub confisicatione cadant. Qui modus confisicationis est, & qui eam fieri possit. Deinde quas personas comprehendat, & qui eam facere possit. Tandem loquemur de aliis pœnis temporalibus quibus hæretici afficiuntur.

P V N C T V M I.

Sitne pœna confisicationis bonorum hæreticis imposta.

- 1 *Iure ciuilis, & Ecclesiastico haec pœna statuta est.*
- 2 *In execuzione huius pœna leges canonicae preferendo sunt ciuilibus.*

Hanc penam confisicationis solent hæretici, ut potest ab hæretica vita, & spiritualibus bonis alieni, & temporalibus immensi, magis timere. Quapropter tam Imperatores Christiani, quād Pontifices variis suis decretis eam stabilire procurant, ut videatur est in *L. Manichaeos, C. de heret. ibi, quies bonorum*

Item etiam omnium publicatione persequimur, & in Auth. Cesari, C. de hereticis, ibi, & omnes hereticos virtuose legitimique nomina censentur, perpetuo damnatus diffidamus, atque bannimus, censentes ut bona talia non possint, neque ad eos vterius reuertantur, ita ut filii contumaciam suam offendere possint, cum longe sit gravitas eam, quam tempore offendere maiestarem, quae ex hoc lanceat. II I. in cap. convergentes de hereticis, ex toto cunctata est. & in cap. excommunicis annos 1. §. damnati, ead sit, tamen differentia constituta, videlicet, si damnati laici sint, censentur cum bona, si clerici applicetur Ecclesiis, a quibus impedita recuperetur. Item Innocent. IV. & Alexand. I V. qui hoc in iure deceleratum in constitutionibus suis, quorum initium est, Ad exitum, statuerunt bona hereticorum in tres partes esse dividenda, & primam affirmarent deuenire debet in communione ciuitatis vel loci. Secundam in fauorem, & expeditionem officij inquisitionis dandam esse officiosos, qui tunc negotia ipsa peregerint. Tertiam ponendam in aliquo ruto loco, & distribuendam pro arbitrio dicentium, & inquisitorum in fauorem fidei, & hereticorum expurgationis, Postea Bonifac. VIII. in cap. cum secundum leges de hereticis in 6. non solum statuit bona hereticorum confidencia esse, & reliqui antecessores, sed ipso iure est certificata, ibi, confessionis, tamquam executionem non licet a principibus, & alii dominis temporalibus fieri, antequam per Episcopum loci, vel aliam personam Ecclesie apostolicas que habeat potestatis sententia super eodem criminis fuerit promulgata. Verum non ordinari intelligenter habere potest, quod exaudi ratione ab Inquisitoribus de bonis huiusmodi delibetur, Benedictus XI. extraquam, ex eo, de hereticis, intercomitis, directa Inquisitoribus Lombardie, statuit sollemni Communi Apostolice, vel alteri, qui vices Romanae Sedis habent, obligatos esse rationem reddere. At ne Inquisitores possint extenderent, & Ecclesias haec confunctionis pena dominarent, vetus Clemens V. in Clement. 2. de hereticis, ut bona Ecclesiarum ob delictum clericorum, etiam fisco Ecclesie applicentur. Ex quibus omnibus constat tam iure ciuilis, quam canonico hanc penam statutam esse.

Solidum aduerto in executione illius leges Ecclesiasticas spectandas esse, non ciuilis; quia crimen heresies nec Ecclesiasticum est, cap. inquisitionis, §. prohibemus, de hentic, in 6. Quando autem crimen ad Ecclesiasticum, tantum, quam clericis Ecclesiae legibus, & iurisdictionibus, lobsuntur, & licet, de foro competente, ubi glossa, veritate vacante imperio. Quod adeo vetum est, vt non possit Principes, & temporales domini contra voluntatem Ecclesie hanc confunctionis penam exequi, quia haec pena accessoria est delicto, vt scribit Geminus in cap. in secundum leges de hereticis, in 6. ac proinde illius executio ad quod pertinet delictum, deber periti, ex vulgaris principio, quod accessorium sequitur nam principialis, cap. accessorium, de regulis iuris, in 6. & in iudice Pegna 3. pars directior, quæ 109. comment. 158. col. 1. vers. nunc quid, & col. 15. vers. neque his & seqq.

P V N C T V M . II.

An omnia bona heretici cadant sub confictionem.

- 1 Afirmatim respondetur.
- 2 Bona in potestate heretici existentia, si illius non sunt, non confiscantur.
- 3 Debet tamen esse, nec sufficit sussisse, nisi in fraudem facta alienata sit.
- 4 Et quibus casibus fraus presumitur.

R Egula est ab omnibus Doctoribus recepta, omnia bona in tam mobilia, quam immobilia iuua & actiones, quae heretici propria sunt, cum delictum committit, ipso iure confiscatio est manifesta, quia in l. Manicheos, omnia bona sunt confiscanda, & sub signo illo invenientur nulla exceptio, & licet in cap. cum secundum legos, de hereticis, in 6. etiis haec pena confunctionis ipso iure imponitur, non sicut signum illud diffuttiuum, non obstat, quia sufficit si limitatione bonorum confiscacionem fieri, vt omnia bona intelligenter comprehensa salias effectum confisatio non habet, cum nulla efficit ratio, quare magis his, quam illis bonis applicetur confisatio, colliguntur ex lib. bonorum, & de iure significat, si ademptio, & de sententiam passus, & tractationes de catholicis, institut. tit. 9. num. 7. Valquez 1. 2. lib. 59. num. 3. Sanchez lib. 2. cap. 14. num. 2. Suarez disput. 1. lib. 5. num. 1. Bonacina disput. 3. de contract. punct. 1. libro de feudo, num. 2. & 3. & aliis.

Dixi confisio bona, quae sunt heretici, quia bona, que sunt alterius, etiam in potestate heretici reperiantur, in potest confunctionis non deuenient. Tum quia hoc æquum

Ferd. de Castro Siam. Mor. Pars. 1.

non erat, alia innocentis punirentur, contra l. sanctimus, C. de paenit. tum quia in cap. cum secundum leges, & aliis relata semper dicitur bona hereticorum. Ergo si bona sunt hereticorum, fed Catholicorum, non debent confiscanda venire.

3 Duxi cum delictum committit, ut excluderem bona, quae heretici fuerint, sed non sunt tempore delicti, eo quod illa a lealienauerit donatione simplici, aut contractu. Excipe nisi in fraudem facta fuerit, quia tunc nulla est donatio, nec venditio, sed omnino reuocatur a fiduci: ut ex omnium sententia testatur Farinacius in sua prædicta, quæ 164. num. 48. & 50. in iunctu num. 26. & 27.

4 Quando autem haec fraus presumatur, bene declarat Farinacius supradict. quæ 1. num. 71. & à num. 96. & seqq. prius enim presumit fraus, si facta alienatione statim delictum committitur, nisi necessitas apparcat alienandi. Menochius lib. 3. præsumpt. 127. num. 17. Gomez tom. 3. variarum. cap. 14. num. 4. Farinacius de falsitate, & simulari quæ 164. num. 15. dubius tamen, quia Ioann. Faber in 9. item si quis in fraudem, num. 7. & 9. In istis de actionibus, contrarium defendit variis rationibus. Secundo si sit donatio omnium bonorum, vel maioris illorum partis, Farinac. num. 122. & Maicard. de probat. conclus. 55. 8. num. 1. & Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 124. num. 7. & 8. Addit idem esse in donatione meliorum bonorum, sive magis pretiorum. Menoch. num. 9. Farinac. num. 126. Anton. Gomez tom. 3. variar. cap. 14. num. 4. Quod adeo verum est, vt etiam si donatio bonorum omnium facta sit interpellatio vicibus, & diversis personis, adhuc presumatur facta in fraudem, sicut Menochius num. 10. Gomez num. 21. Farinacius num. 11. Idem itris est de venditione omnium bonorum, non tam in venditione maioris illorum partis, de hac enim venditione facta non presumitur, cum facile honeste posset. sicut Gomez num. 4. Farinacius num. 124. & 130. Menochius num. 8. Neque etiam in venditione omnium bonorum presumenda est, facta sit iusto prezzo, vel parum minus palam, & absque villa occultatione. Gomez num. 18. Farinacius referens plutes, num. 133. Tertio presumitur fraus si facta est donatio, vel venditio coniuncte persone iure sanguinis, vel amicitia, & qua facile possit sicut donatum, vel venditum recuperare. Farinacius à num. 126. Menochius n. 23. & seqq. & alii.

P V N C T V M . III.

An bona donata sub conditione, & acquisita post delictum confictioni subiaceant.

- 1 Bona donata sub conditionem, cuius conditio purgatur posito, delicto, sub conditionem cadunt.
- 2 Sed quid dicendum de donatione ab aliis facta causa mortis. Sub distinctione respondetur, si à viro uxori, firma manet, fecis si alii facta sit.
- 3 Bona acquisita post delictum, & latam sententiam, non publicantur.
- 4 Acquisita intermedio tempore inter delictum, & sententiā plures censent publicari.
- 5 Probabilis censio oppositum.
- 6 Apponitur à Sanchez quedam limitatio.
- 7 Non approbarunt.
- 8 Satisfacti rationibus num. 4. adductis.

P Rima difficultas est, an sub bonis confiscatis comprehendantur bona, quae quis sub conditione donavit, quando conditio purgatur adueniente delicto? Communis sententia est comprehendendi, quia bona, quae sub conditione donatorum donantur sunt, dum conditio non purgatur; tempore autem conditionis, iam sunt facti ob heresim. Farinacius de heresi quæ 190. num. 12. Simancas de catholicis, institut. cap. 9. n. 9. & 10. Suarez de fide disp. 12. scđ. 5. n. 3. quæ doctrina extendit debet non solum ad donationem inter viuos, sed etiam causa mortis; si enim donator postea hereticus exireat, eius sit donata bona confiscatur, ac si nullam donationem fecisset, quia cum debet donatio effectum habere, iam donatione non est donanisis, sed facti.

2 Sed quid dicendum de donatione absoluta facta causa mortis, que reuocari potest? Distinguendam censco, si facta sit à viro uxori, firma manet commissio delicto, & bonis publicatis, ac si mors naturalis censuerit, neque in fiscum transfit, vt est expressa decisio, sed si mors, ff. de donationib. inter vir. & uxoris & lres uxoris. C. eod. 1. l. quis quis, & uxores. C. ad leg. Int. maiest. & nota Bald. in lib. excusorum, col. 9. vers. quare quidam C. de execut. rei iudic. Farinac. plures referens, quæ 25. n. 130. Anton. Gomez. leg. 40. Tauri. num. 91. col. 3. Molina Iesuita disput. 659. fine. Sanchez lib. 6. de matrimon. disput. 17. num. 5. & lib. 2. cap. 17. num. 15. vbi pluribus comprobatur. Dixi manete summa donationem respectu facti, non tamen respectu maritati: hic enim dum superferre est, potest etiam reuocari, ex l. sed si mors, ff. de donis inter vir. & uxoris.

D d & 111

314 De poenis temp. hær. special. de confisc.

& tradunt Farinac. Sanch. & alij suprā. Ut autem hæc donatio vii facta vxori, respectu fisci firma maneat, ita ut sub sicutum res donatae cadere non possit, requirit traditionem Acolta cap. si pater, de testament. in 6. i. part. verbo legavit num. 6. Farinac. quæst. 25. num. 137. vbi testatur esse communem. Clarus in 5. donatio. quæst. 9. versic. 5. feias. autem Contrarium tamen defendit. Molina testuta tom. 2. disp. 288. §. dubium est. Sanchez lib. 6. disp. 11. num. 5. quia supradicta lex fœsi mors, hanc traditionem non requirit. Vtrumque est probabile. Verum si donatio non à viro uxori, sed ab uxore viro, vel à viro aliis facta sit morte ciuii donatio non confirmatur, sed omnino disoluatur, & res donata transit in sicutum. Ratio est, quia morte ciuii fitmati donationem causa mortis respectu fisci est speciale priuilegium uxoris, ut constat ex dicta l. res uxoris, C. de donationib. inter vir. & uxoris, ibi donatio maritalis ante tempus criminis, ac regius, collata in uxorem, quia pudicitia premio ceſſet, obſeruanda sit, tanquam si maritus eius natura non pene subducatur. sic Mol. Thesolog. tom. 2. disp. 289. §. disp. precedens. Sanchez lib. 5. de matrim. disp. 10. num. 5. fine. & disp. 17. num. 6. Farinac. plures refentes quæst. 25. num. 131. & quæst. 164. num. 17. Quid ex eo sufficienter constat quia ad hanc confitacionem faciendam nihil aliud requiriatur, quam sententia declaratoria criminis.

3. Secunda difficultas est, an acquisitione post delictum commissum publicari? In qua re certum est non publicari, que post commissum delictum, & latram sententiam acquirit, quia tunc eas fundamentum publicationis, quod est delictum: sic multis relatis docet Farinac de hæresi, q. 190. n. 25. & precipue quæst. 25. n. 138. Thom. Sanchez lib. 2. in Decalog. c. 14. m. 8. Sanchez. disp. 22. set. 5. n. 13. & explices dicto textus in eis felicitate de penitentia bonis quidquid posse acquiriri, non equitur sicutum l. eius qui s. i. de testament. ibi bona que tunc habent, tunc condonantur, publicabuntur & certa forma C. de iure fisci. ibi, parentib. hæredes existere eos legi non eportare nulla statio[n]e statutu[r] est. Neque obstat l. 2. C. de bonis damnatorum, vbi Alexand. Imperator dicit. Deportari neque earum quidem retin, quas post paenam interrogatae habuerint, hæredem habere possunt, sed ha[bi]re publicabuntur. Nam, ut recte explicat Cuic. obseru. l. 6. c. 33. & Fachin. 4. 9. controu. c. 5. non de qualibet delinquente cuius bona confiscantur, intelligi debent, sed de delinquente deportato, qui quia capite minus est, hæredem habere non potest.

4. Variant tamen Doctores, an acquisitione post delictum tempore, quo delictum commisisti, & de illo intermedio tempore, quo delictum commisisti, & de illo condemnatus fuisti, debebas confiscari? Affirmant publicari debere Azor. 2. 1. lib. 5. c. 7. q. 8. Valsquez. 1. 2. disp. 1. 69. cap. 1. mu. 8. Suarez. disp. 22. set. 1. num. 15. Julius Clarus lib. 5. receptas. §. fin. quæst. 78. n. 24. Ratio principia est, quia ita coniunctudo obtinetur, ut omnia bona que haber delinquens, dum eius delictum declaratur, publicantur: & in hæresi criminis hoc efficacius procedit, quia dum ad Ecclesiastam non redit, in hæresi sententia persequatur: facitque leius qui s. i. de testament. ibi, bona quoque, que tunc habent, cum damnaretur, publicabuntur. attendit ergo ad condemnationem, & non solum ad delictum. Et idem colligitur ex l. 10. tit. 9. lib. 5. recipitas. ibi, mandamus que se[n]tencia por[bi]les de ganancia todo lo multiplicado durante el matrimonio basique por [et] tal delicto los bienes de quelquier de ellos sean declarados por sententia. Ergo tempus sententia spectatur.

5. Nihilominus probabilis exstimo non publicari bona, que intermedio tempore inter delictum & sententiam sunt acquitä, sed solum ea, que tempore delicti committi habebas sic Matien, lib. 5. recip. tit. 4. leg. 3. gloſſa 7. num. 6. Sanchez plures refentes lib. 5. cap. 14. Bala. addition. ad Claram, lib. 5. lib. 5. hæresi, num. 19. & q. 7. num. 212. Bustam. consil. 14. n. 28. Moueot, quia confitacio hæc delicto est annexa, neque ita lenientia aliam confitacionem imponit, nisi que per delictum imposta est; sed per delictum imponi non potest confitacio nisi bonorum, que tempore delicti habentur. Ergo neque sententia aliam confitacionem imponit. Et confirmo. Hoc præstat confitatio ipso iure ut ius loco sententia succedit, & delinq[ue]nti puniatur ex delicto; ac si sententia esset pronunciata. Ergo non puniatur in bonis post delictum acquisiti: fauetque l. 1. ff. de poenis, vbi eam paenam delinquens sustineat cogit ut sententiam, quam sustinuerit, si eo tempore, si delinq[ue]nt, est lata sententia; ac si sententia non extenderetur ad bona postea acquisita. Ergo neque etiam postea extendetur. Item pena non fuit extenda: sed limitata: nullibi autem habetur excedendam esse confitacionem ad bona acquisita post commissum delictum. Ergo.

6. Hanc autem sententiam limitat Sanch. num. illo 1. cum aliis, & intelligatur, calu quo hæresim renuntiavimus, & ex toto corde ad fidem fœderis conuersus; secus si in illa perseueras, quia si in hæresi perseueras, iam hæreticus es. Sed bona hæretici confitancut. Ergo. Secus vero dicendum est in Sodomia, quia est peccatum transiens, & finito actu finitur.

7. Ar hac limitatio mihi non probatur: sed idem exstimo dicendum de peccato Sodomiz, ac de hæresi. Non enim

ob hæresim mentalem, vel ob hæresim habitualiter permanenter fit confitatio, sed ob hæresim externam, & manifestam: at hæresis externa, & manifesta confessauit (ve suppono) etiam si de illa non fuerit ab olitus. Ergo confessus effectus confitacionis ex tali hæresi proueniens. Neque obstat te esse obligatum ad Ecclesiastam redire, cum ab illa te separasti, vt dieamus bona illa esse confessata ob non impletam hanc obligationem: quia confitacio non est annexa peccato huius omissionis, sed hæresi externa. Deinde, & forte efficacius, vel persequens habitualiter in hæresi est factus incapax per hæresim habitualiter permanentem acquirendi aliquam hereditatem, vel non si factus est incapax, non acquirendi fisco, sed hæredibus venientibus ab intestato: ut recte alii relatis doceat Peregrin. trah. de iure fisci, lib. 3. tit. 1. num. 2. & tit. 1. num. 13. Farinac alios referens lib. 1. præz. quæst. 25. num. 139. & probat l. 1. s. quis niki, §. si quis plenè si de acquirend. heredit. l. 1. C. de hæresib. instituend. l. si metalum, ff. de his, que non script. habentur, l. metalum, ff. de iure fisci. Si vero capax est hæreditatio: runc ipsi, & eius hæredibus acquirentur, dum sententia non precedit, ut recte alii relatis probat Anton. Gomez tom. 3. variariorum, c. 1. 4. num. 1. & in l. 4. Tauri, num. 7. Sanchez lib. 2. cap. 14. num. 32. & melius Farinac lib. 1. præz. q. 25. num. 140. & quæst. 102. n. 110. Neque obstat ratio contra. Dicimus namque bona hæretici confitari, non hæretici habitualis, sed actualis, sicut bona Sodomiz, qui feliciter actualis est, non qui fuit, & est lo[ri]um in habitu.

8. Argumenta autem prioris sententiae facile dissoluntur.

Ad primum concedo confundendim esse bona delinquentes, que tempore sententia habet confitari: tum quia ratio inter delictum, & sententiam bona acquiruntur: tum quia ignoratur, an bona illo intermedio tempore incrementum vel decrementum habuerint, immo semper presumunt deteriora illa fæcile, & diminuisse, ne ad fæcum deueniant.

Ad l. ius qui, respondeo. Primum tunc damnavi reitem, eam delictum committit. Secundum dico legum legem de delictis, in quibus publicatio factenda est per iudicem, & non habent ipso factio: & in his delicti opime potest iudex omnia bona, que tunc delinquens habet, cum damnavit, publicare.

Lex autem regia solum declarat, quo tempore computanda sunt lucra acquisita constante matrimonio, sed non decidit quo bona publicantur.

P V N C T V M . IV.

An bona sub conditione futura debita confitentur.

1. Communis sententia defendit non publicari.
2. Proponitur obiectio, & fit illi satis. Et declaratur debita hæretico ex testamento non transire in fiscum.
3. Debita tamen ex contractu transire in fiscum, tamen sententia post commissum delictum, & condemnationem implevitur.

1. Specialis est difficultas de bonis sub conditione futura debitis hæretico tempore hæresi: an hæc sub bonis publicantur comprehendantur? Communis sententia tenet non comprehendi, quia bona non sunt hæretici, quousque conditio impletatur, sed non est implita conditio cum delictum commititur. Ergo neque in fiscum transire potest, quia si bonis solum vñp[er]are potest bona quia hæretici sunt: sic gloria singularis, & vñcita, unctu[us] textu in l. non ad ea in verbo praesens, ff. de condit. & demonstr. ibi, vel si publica sunt, nam postea quæsta non caderent in ens causas, quam gloriam, ut potest singularem, commendat Bart. Bald. Imola, & alij, quos refutant, & sequuntur Anton. Gomez tom. 3. var. cap. 14. n. 2. & in l. 4. Tauri, num. 4. in medio. Farinac. lib. 1. præz. q. 25. n. 142.

2. Dices, licet illa bona non sint hæretici, ius tamen ad illa bona pertinet ad hæreticum. Ergo illud ius transmittere potest per delictum in fiscum, & consequenter fiscus per sonum hæretici representans in illis bonis adveniente conditione succedit.

Repondeo duplum. Aliquid debet potest hæretico vel extellimento, vel ex contractu: quod enim debetur ex testamento, qualia sunt hæreditas, fidei commissum, & legat. in nequit quam ad fiscum transire poterunt, quia ea solum tunc potest ad fiscum, que ad hæretes excaecos remitti possunt, cum fiscus loco hæredis extranei succedit, ex l. 1. C. ad legem Iuli. am. de vi, l. eorum ff. ad legem Iuliam maiest. & alii multis exponit Farinac. lib. 1. præz. quæst. 2. num. 51. & 143. Sanchez l. 1. cap. 14. num. 5. Peregrin. de iure fisci lib. 1. tit. 1. n. 28. Suarez de fide. d. 22. set. 5. n. 4. Sed ius succedit in hæreditate, si commissum, & legatis transmissibili non est ad hæredes, ex L. vñcita, §. fin. autem sub conditione, C. de caducis tollendis. Ergo neque ad fiscum transmitti potest, sic Sanchez num. 5. Farinac num. 143. Anton Gomez l. 4. Tauri, num. 4. C.

103.

Tract. IV Disp. V. Punct. IV.

315

um 3. variarum, cap. 14. num. 2. & alij apud ipsos. Et quidem quod substitutionem conditionalem, quod non transeat in fiduciam, si quis fecerit conditio post sententiam, colligitur ex l. substitutio sive aquirendo verum domin. ibi. substitutio, que nondum competit extra bona nostra est. & ex lex facta sive sive de vulgaris & spuriis. & ibi Baldus, quem refeat, & sequitur Gigas in pars secundi temporis quest. 3. 1. Farinacius queſt. 25. n. 44. Sanchez lib. 2. cap. 14. n. 18. Quadam fideicommissum etiam est clara non transmittunt ad hæredes, si fideicommissatus decedit ante conditionem eventum. l. legata sub conditione, 41. ff. de conditionibus, & demonstracionibus. l. hæres mens, in principio fidei, in causa s. Pompelus, & ibi glossa, ff. de minoribus. Ergo neque etiam in tali casu transire debet in fiduciam. Exa legata conditionibus non transire in fiduciam, si conditio, sive quia sunt legata, post delictum impleatur, probat. manifestacionibus & fin autem, C. de caducis tollendis. s. ita expressa de conditionibus, & demonstrationibus, & pluribus exornat. Farinacius ex. 143. & sequent. Courauitius practicarum quest. c. 39. Anton Gomez 2. tom. variarum, cap. IX. num. 3. Sanchez num. 17. vbi bene explicat hoc procedere, sive conditio sit postulativa, hoc est, pendens ex voluntate legatarij, sive causalis, id est, pendens ex voluntate legatarij, parum pendens ex voluntate: quocumque enim modo conditio purificata non sit, cum delictum committitur, non transire in fiduciam legitum. Item quod legatum alimentorum etiam durante via hæritati non transire in fiduciam, optimè probat Bosfin in de bonis publicandi, num. 2. 4. Iulius Clator in practic. q. 3. q. 3. seqq. item in fiduciam, quest. 36. n. 5. Farinacius 9. 25. num. 15. Hanc autem conditionem ita extenda. Farinacius cum pluribus relatis num. 14. 1. vt affirmet, si viuente parte filius committere homicidium, eoque mortuo formetur inquisitio contra filium, & condemeretur de delicto, cum confiticatione boni talis patrem hæreditas non adita per fiduciam, licet bene esse condemnationem de leta, nullo pacto transit in fiduciam, quia nisi adiungi transmissibile non est ad hæredes extraneos, & consequenter neque in fiduciam.

3. Verum si debita sunt hæretici, ex aliquo contractu, putata redditione, aut stipulatione ad fiduciam transeunt; etiam si conditio post condemnationem impleatur. Et ratio est manifesta, quia illud ius est transmissibile ad hæredes, ut constat ex §. ix. conditionali. Inscript. de verbō obligatiōnib. ibi, ex conditionali stipulatione tantum spes est debitum iri, eamque ipsam sive in hæretali transmittimus. si prīus quam cōdicio extet, mors nisi contigerit. Sibi gloria, & communiter Doctores. Ergo cum transire potest in fiduciam, ex l. inter sacerdotum, §. final. de ius & probat alios referens. Anton. Gomez tom. 3. variarum, cap. 14. num. 2. Farinacius lib. 1. prax. quest. 25. n. 149. & de hæret. quest. 19. num. 30. Sanchez cap. 14. n. 2. Ratio autem quare si hæreti debita ex contractu transeunt, & non debita ex virtutis voluntatibus, eae est, quia in contractu interuenient factum, & persona creditoris, qui in dubio praefunditur non solū illi, sed etiam suis hæreditibus propiscere, & perpetuum vitium ex contractu acquirere argumentum, textus in l. s. padam, p. de prob. 10. At in dispositiōnibus conditionalibus non intrinsecum factum eius in cuius fauorem est facta dispositio, & quo colligatur sibi, & suis hæreditibus voluntis propiscere, sed solum inveniente factum disponit, & legantis, qui solum merita, & personam legatarij attendere vultus est.

Limitata tamen est hære doctrina ad debita sub conditione, & mixta, fecus sub conditione potestatia; haec enim non videatur transire ad hæredes, & consequenter neque ad filium tempore, quo viuebas, implore conditionem omiseris; tunc et singularis in l. si deceas cum petiero, ff. de verbō obligatio, & in poster, & in l. gubernaculum ff. qui posteriores in pugna, cuius ratio est, quia tunc creditor in culpa esse censetur nos inpleris conditionem, itaque culpa tacite videtur iuri sui delicto renomerare. Farinacius dicta quest. 2. 5. num. 147 Gomez 3. cap. 14. num. 2. Sanchez lib. 1. cap. 14. num. 24. Vazquez lib. 169. cap. 1. n. 5. & 6. Neque obstat l. 2. C. de pacticis intermissione, & venditione, vbi si quis vendidit rem cum pacto de invenientibus ipsi, & hæres eius potest rem redimere oblatio pene, & tamen illa conditio est potestatia. Ergo debita sub conditione potestatia transeunt ad hæredes, & consequenter ad fiduciam. Non, inquam, obstat nam, vt bene dicit Anton. Gomez tom. 3. variarum, cap. 11. n. 35. circa medium, debita ex contractu lucrativo sub conditione potestatia ad hæredes non transeunt; sicut vero debita ex contractu oneroso, vtro quoque obligatoria; hic enim ad hæredes transit, ne alter conservet esse in domino.

Quod si inde contractum onerosum non posse committi in liberam voluntatem alieuius contrahentis, ex l. in venditionis, & de contrahenda emptione. Ergo neque in conditionem potestatia quod idem est.

Respondere concedendo contractum onerosum, & eius sub-

Ferd. de Castro sum. Mor. Pars. I.

stantiam non posse ponit in liberam aliquius contrahentis voluntatem, seclusus tamen resolutionem contractus, que inducitur per pactum de retinendendo. Hec enim bene potest ponit, & committi in voluntatem viuus, ex text. in l. quod si nolit, §. si quid ita, ff. de adilitio editio, & tradit ex Panormitan, & aliis Anton. Gomez tom. 2. variarum, cap. 11. num. 36. in medio.

P V N C T V M V.

An publicatis bonis hæretici ius patronatus Ecclesiastici, & pensionis publicetur.

1. Iuris patronatus non datur propria confisratio, sed illius extinctione.
2. Intelligendum est, dummodo non sint alii compatrioti, vel alii ab institutore vocati.
3. Si ius patronatus ad extraneos hæredes transire non potest, neque potest confisratio suuiri.
4. Apponitur quadam limitatio de confisratio perpetua, secus ad vitam sedrejatur.
5. Ius patronatus ad hæredes extraneos transmissibile publicatis omnibus bonis, per indicem Ecclesiasticum publicatur.
6. Si index laicus sit, & reus laicus, & publicetur omnia bona, ius patronatus non manet directe, bene tamen indicet publicatum.
7. Quando ex eatur ius patronatus directe, quando indirecte, accessoriis publicari..
8. Indice laico publicante delinquentiū bona, vel illa vendente ius patronatus publicare plures negant, alijs affirmant.
9. Sub distinctione respondet, si annexum est alicui villa, publicari, secus si personam comitetur.
10. Limitat aliquis de confisratio perpetua, secus de temporali. Sed non admittit limitatio.
11. Confiscatis a iudice laico bonis, possit ne iudex Ecclesiasticus ius patronatus confiscare. Alii affirmant, alijs negant, media via tenenda est.
12. Pensiones non comprehenduntur sub confisratio à iudice laico, bene tamen Ecclesiastico: & qua ratione.

1. **I**n hac re aliqua sunt certa, alia sub controversia. Primo certum est, non dari huius iuri propriam confisratio, quia non transfertur in fiduciam, cum de facto dicitur confiscari, sed dari extinctione illius in fauorem Ecclesie, & Ecclesia à die publicationis iuris patronatus manet libera ab illo iure sibi onero. Hoc priulegium non est expellsum iniure, ut tamen confundit receptum; vt testantur fecerit omnes Doctores, Lambertinus de iure patronatus, lib. 3. q. 8. per varios articulos. Similares de catholicis, in script. tit. 9. n. 7. & 9. Statut. dis. 22. de fide, scilicet, num. 6. Azor lib. 8. cap. 12. queſt. 9. Sanchez lib. 2. cap. 19. num. 16. Vazquez 1. 2. dis. 169. n. 19. Farinacius, de heresi, quest. 19. num. 14. & alij apud ipsos.

2. Hoc autem intelligendum est duplice limitatione à Sanchez exhibita num. 17. quaque probat Farinacius num. illo 24. Primo, ne sint alii compatrioti, quia stantibus aliis compatriotis non manet libera Ecclesia, sed ius presentandi in illis residens, quia non erat iusque ab eo corum culpa iure acquisito prius. Secundo, ne alii ab institutore vocati sint, sed iure hæreditario ad succellos erat cum aliis bonis transmittuntur, tunc enim Ecclesia manet libera in perpetuum, quia in hoc nulla succellos sit iniuria, cum solū habent ius succendi, casu quo delinquunt ad illos posse bona transmiserit. At si alii ab institutore vocati sunt, attendenda est dispositio instituentis, que si dicat potest vitium delinquentis vocare agnos, & eius succellos, durante vita delinquentis manebit Ecclesia libera. At si dispositio sit, vt non solū potest vita delinquentis succedat eius proximus agnatus, sed cum primum delictum committit, variat Doctores, an præjudicare possit talis dispositio fisco, qui negant præjudicare posse, & consequenter affirmare debent ad fiduciam pertinere, ac proinde manere liberam Ecclesiam. Qui vero affirman, statim ipso facto ad succellos transire ius patronatus affirmare debent. Quid autem tenendum sit, in confisratio majoratus videbimus.

3. Secundo est certum, si ius patronatus transire non potest ad extraneos hæredes, eo quod in ipsis fundatione cautum sit debere agnatos succedere, aut homines talis conditionis, ad fiduciam non transire, quia hic loco extranei hæredis habetur, ex l. 2. ad legem Iuliam de vi. Et ratio est manifesta, quia fiducia usurpare non potest delinquentis bona, nisi quatenus illius sunt; sed illius non est ius patronatus sub conditione transitoria. Ergo illud fiducia usurpare non potest. Addit, agnati delinquentis non habent ius succendi in iure patronatus ex voluntate delinquentis sed ex voluntate instituentis, & fundantis Ecclesiam, quo iure priuati non polluant.

316 De poenitentia spiritualibus haereticorum.

Possunt ex vobis delicto; alias innocentes sine causa directe Puniri essent, sic tradunt explesse Peregrinus de iure fisci, lib. 5. titul. 1. num. 72. & 121. Iulius Clarus in sua practica, lib. 5. quæst. 78. num. 8. Farinacius quæst. 25. num. 151. & de haeresi, quæst. 190. num. 24. Sanchez lib. 2. in Decalog. cap. 19. n. 2. & 15. Bernard Diaz præf. c. 152. num. 5. circa fin. & alii.

4 Hoc autem temperante aliqui, ut intelligatur de confis- catione perpetua, secus de confiscatione ad vitam delinquen- tis, quia durante vita delinquentes, nemini ex vocatis fit iniuria, si sicutus habeat ius presentandi, cum ipsi vocati non finit durante vita delinquentes, sic Socinus junior consil. 5. vol. 2. Cautera in suis questionibus criminis de questionibus tangentibus punti. delict. c. 1. num. 50. Vmbert. Locat post indic. inquisit. quæst. 7. facit Farinacius de haeresi, quæst. 190. num. 24. At teniendo eft hac limitatio, sicut illam reicit Sanchez su- præ num. 15. quia est contra dispositionem institutis ius patronatus & prohibuit namque illius alienationem, & successio- nem in aliis, qui tales qualitates non haberent. Cum autem illa temporalis successio sit vera successio, & alienatio, nequit à fisco fieri, alias posset patronus ad vitam vendere ius patronatus contra voluntatem institutis.

5 Tertiò certum eft, si confiteatio sit facta à iudice Ecclesiastico, vt contingat in crimine haeresi, sive patronus laicus sit, sive clericus, & publicetur omnia illius bona, publicationem manet ius patronatus, quod ad haereses extrahere potest, ex Clementi pastoralis, §. riuſus, de sentent. & re iu- dicat. à contrario sensu. Ratio eft, quia delictum dignum eft illa pena, & condemnans iurisdictionem habet, neque tunc curandum eft, an veniat ius patronatus principaliiter, vel non exprimatur, quia iudex habet iurisdictionem cognoscendi de iure patronatus etiam principaliiter. sic Bernard. Diaz in sua practica, cap. 152. num. 5. in princip. Lambertin. de iure pa- tronatus, lib. 3. q. 8. art. 8. num. 10. Sanchez alios referens, lib. 2. cap. 19. num. 5.

6 Quartò eft certum, si iudex laicus bona delinquentes publicet, vt contingat in criminis sodomie, & leze maiestatis humanæ, reus eft laicus, tunc directe, & per se non potest ius patronatus publicare, quia ius patronatus eft spirituale, sed circa spiritualia non habet laicus iurisdictionem directam, ita neque indirectam, ex capitulo, de ordine cognit. Ergo. Et ita tradit Lambertin. num. 11. Sanchez num. 4. Farinacius quæst. 25. num. 15.

7 Sed inquires, quando censeatur iudex Ecclesiasticus publicare ius patronatus directe? Plures Doctores, quos refert Sanchez num. 14. dicunt contingeret, cum in publicatione exprimitur, quocumque modo exprimatur; tunc accessoriæ, cum nulla illius eft expressio, sed solum bona, quibus amnestiatur, publicetur. In hoc secundo nulla eft inter Doctores controvergia, cum tunc nella exercetur iurisdictione in ius patronatus, sed in bona, putat in castum, & villam, quibus eft annexum, sic Farinacius quæst. 25. num. 156. & 157. Gigas de cri- mine leæ maiestatis, quæst. 4. num. 5. & 6. Lambertin. quæst. 8. art. 8. num. 2. casu. 8. & habetur cap. cum secundum, de iure pa- tronatus, & cap. pia mentis. 16. quæst. 7. De priori vero plures, quos refert, sequitur Sanchez. num. 13. opposi- tum sententia, affirmant namque exprimi prius ius patronatus in publicatione, & nihilominus illius publicationem accessoriæ iam esse: dicunt namque dupliciter exprimi posse, vel per dictiōnem, & vel per dictiōnem cum, si exprimatur per dictiōnem & vt si diceret iudex, publico omnia bona huius delinquentes, & ius patronatus eft publicationem tunc directam, quia tunc videtur ius patronatus aquæ ac alia bona pub- licari, quia publicatio sit facta à iudice laico, nulla eft; at si publicatio fiat per dictiōnem cum, vt si diceret, publico omnia bona delinquentes cum iure patronatus, tunc ius patronatus accessoriæ intrat ad reliqua bona, quia sic nominans solum intendit publicare ius patronatus ad publicationem reliquo- rum bonorum, quibus inest, & eo modo quo inest, que publicatio cum accessoriæ sit, non est iudicii laico prohibita; sicut neque ipsi delinquenti est prohibita illius iurius patronatus accessoriæ alienatio, & placet mihi hic modis dicendi.

8 Difficultas ergo eft, an ex eo quod iudex laicus publicet delinquentibus bona, vel illis vendat, censeatur etiam tunc publicare ius patronatus, quod ad haereses transire potest?

Plures Doctores negant, glofia in c. satis perniciem. 50. dis- §. in Clementi pastoralis, verbo subiecte, de re indicat. Lambert. de iure patronatus, quæst. 8. art. 7. n. 13. & 14. cap. 4. & n. 21. cap. 9. Nilus de bannitis, 1. part. secundi temporis, n. 2. Farinacius quæst. 2. num. 151. & quæst. 190. de haeresi. num. 24. Didac. Cautera in quæst. criminis de questionibus tangentibus punti. delict. cap. 1. num. 49. Gigas lib. 2. de crimina leæ ma- iestatis quæst. 4. num. 4. & alij apud ipsos. Mouentur, qui aliena eft à iudice laico dispositio de re spirituali, qualis eft ius patronatus, non solum dispositio expressa, sed etiam tacita, ex capitulo, de ordin. cognit. cap. at si clericis, de indic. & ibi glof. Sed si ius patronatus publicatur, tacite disponit de re spirituali iudex laicus. Ergo.

Alij Doctores è contra affirmant, Si iudex laicus omnia bona haereticorum publicet, eo ipso publicare ius patronatus, quia in hac publicatione solum indirecte & accessoriæ publicatur ius patronatus; at indirecte, & accessoriæ illius publicatio, & venditio non eft prohibita fieri à iudice laico. Ergo. Et ita tenent, & multis probant Molin. de primogen. c. 2. n. 2. 6. Iulius Clarus lib. 5. practic. q. 78. n. 8. Sanchez lib. 2. cap. 19. num. 10.

9 Ego vero distinguendum centeo, aut ius patronatus annexum eft alicui villa, castro, at alteri rei, qua directe confiscari potest à iudice laico, aut solum eft annexum personæ, qua in alios transmittere potest. Si ius patronatus annexatum villa, castro, at alteri rei directe confiscabili, ferè omnes Doctores docent, confiscari bonis, & ipsiunc tunc manere confiscatum, vt conflat ex his, que nuper diximus, & facit texus in cap. ex litteris, iure patron. & ibi glof. Si autem ius patronatus nulli rei directe confiscabili annexum sit, tunc ex illo confiscatis bonis non manere confiscatum, quia non potest confiscari accessoriæ ad bona directe confiscabili, cum illis non accedit, neque etiam confiscari potest directe à iudice laico. Ergo.

10 Temperant autem aliqui supradictam doctrinam ne- gaunt sub confisicatione bonorum intellecti ius patronatus, vt intelligatur de perpetua confisicatione; secus de temporali, & qua ad vitam condemnati durat.

De hac autem confisicatione dicunt, efti dubitanter, sicut, & comprehendunt sub confisicatione omnium bonorum delinquentis facta à iudice laico, quia hoc efficit confiscare exercitum ius patronatus, non autem ipsum ius. Gigas tradat. de cri- mine leæ maiestatis, lib. 2. quæst. 4. num. 4. verific. concordando a- mon. Rochus de Curte in tract. de iure patronatus, quæst. 29. col. 3. verific. vel dicimus. Sed hæc limitatio admittenda non eft, sed aquæ de temporali; ac perpetua eft idem dicendum, quia ratio exequimaster procedit de virtute; cum tunc ius pa- tronatus, quam illius exercitum quid spirituale sit, & con- querenter extra laici iurisdictionem. Addit exercitum ius pa- tronatus haberi non potest, nisi habito prius ipsi iure patronatus. Hoc autem sive ad tempus, sive in perpetuum, confisca- ri non potest ob eius spiritualitatem. Ergo neque exercitum: & in tradit, & optimè probat Farinac. lib. 1. praxis, quæst. 25. num. 154.

bilis, puto, domus, agri, villa cam alieni tradit, re-
ferunt sibi dominio directo; & vili in emphyteutam transla-
to sub annua pensione recognitionem directi dominum sibi re-
seruantur, vel in compensationem fructuum habent. l. 1. C de iure
emphyteutis. Differat a censu, quia in censu non solum dominum viles
sed directum in censuarium transeunt, cum obligatione tamen soluenda pensionem, de relig. dotibus, & ibi
glossa. Innocent. Panormit. & alij. Item censu, sive pensio alteri soluenda aliquando in propria re constituitur ob pretium
receptum, aut ob liberam donationem, sic ex pluribus com-
probant Matien. lib. 5. tit. 5. l. 1. gloss. num. 1. & 2.

Premiò secundò, emphyteutum aliam esse acceptam ab Ecclesiæ, aliam a persona priuata. Item aliam est, que transmitti potest ad hæretes extraneos; aliam que transmitti non potest. Si à persona priuata concessa sit emphyteutis, nulli restrictione apponita, ad hæretes extraneos est transmissibilis. docet Iulius Clarus in sua præf. §. emphyteutis, quæst. 29. num. unio. Si autem sit concessa ab Ecclesiæ, non potest ad hæretes extraneos transmitti, nisi fuerit ab Ecclesiæ expressè in perpetuum concessa: & in qua concessione fuerint severas condi-
tiones relata, in transact. ambitiu, de rebus Ecclesiæ non
alien, de quibus bene ait Barbola 3. part. de potestate Episcopi,
allegat. 95. à n. 22. ubi n. 29. & 32. optimè adiutit has con-
ditiones fernandas esse in prima alienatione. Nam semel illa
res perpetuò alienata, & in emphyteutis concessa, efficiunt
perpetuò alienabilis absque sollemnitate. Excipe, nisi redat ad
Ecclesiæ, & ex noua causa emphyteutum velit concedere,
Barbola num. 31. & His positis.

Dicendum primò est, sub confisicatione facienda hæretico, sodomitico, & proditori, venient bona, & prædia, ex quibus censum solus Ecclesiæ, vel aletri particuli, salvo tamen iure dicti censum præstandi, sic Facinacis quæst. 190. de heret. n. 18. Simancas de casib. institut. cap. 9. 20. Sanchez lib. 2. cap. 19. num. 18. Didac. Cancria quæst. crim. rubr. de heret. c. 1. num. 47. & alij. Ratio est manifesta, quia fiscus succedit in iuribus delinquientis, & proinde in dominio viles, & directo illorum prædiorum, cum obligatione tamen soluendi censum ei, cui debitus sit.

Secondò dico, Sub confisicatione supradicta non venit emphyteutis, quia ad extraneos hæretes transmitti non potest ex regula seipsum reperta, & ferè ab omnibus recepta, quod ea quia ad hæretes extraneos non transeunt, non possunt ad fiscum transire, qui loco extranei hæretis in bonis confisicatione succedit ex l. 2. C. ad leg. Iul. de vi. Lura libertorum, ff. de iure patroni corrum, ff. ad leg. Iul. maj. & tradit tanquam omnino certum Farinac. pluribus relatis, quæ 25. num. 5. & segg. Sanchez lib. 2. cap. 18. num. 20. Ad esto in confisicatione non deueniat, priuatur tamen illa delinquens, & ad successorem vocatum transire, si aliquis vocatus est, fin minus, ad dominum directum reddit, nam emphyteuta facta declaratione crimini lese maiestatis diuina, vel humana, & contra naturam omni, emphyteutis priuatus, & inhabilis efficit ad alias obtinendas, ex constitutione Leonis X. edita anno 1520. que incipit, Exurge Domine, & referunt à Pegna in fine directer. inquisit. fol. mihi 112. & notatius Farinacis de heret., q. 190. num. 63. fine.

Difficultas est an durante vita huius emphyteute fru-
ctus, & commodities est, quae emphyteuta debet percipere, transeant ad fiscum, vel ad illum, ad quem emphyteutus tran-
sit? Quia in illud est premittendum, si ultra prohibitionem legis, quam fecum trahit emphyteutus, addita fuerit alia ex-
pressa alienationis prohibito ad domino emphyteutum conce-
nente, nullo modo ad fiscum fructus pertinet, sed simul cum emphyteuti transtinentur, vt diximus in superiori pun-
cto, loquentes de fidei commissis, & maioribus, quibus est expressa alienationis prohibito, & loquens de emphyteuti tradit Sanchez lib. 2. cap. 19. num. 23. Quare controværia solu-
lum est, quando non est hac expressa ab institoru alienationis prohibito, sed relinquens emphyteutis sue naturam. An, inquit, tunc commodities illius ad fiscum, vel ad fuc-
celorum vocatum, vel ad dominum directum pertinere durante emphyteute vita? Vndeque l. 2. disput. 26. P. cap. 3. num. 26. affirmat ad dominum pertinere, quia dominum viles cum di-
recte consolidatur. Sanchez num. 21. & 22. distinguere inter emphyteutum datum ab Ecclesiæ, & ab alio particulari: & de emphyteuti data à particulari affirmat ad fiscum pertinere illius commodities, sicut supra diximus pertinere omnes commo-
dities.

dices fideli commissi durante vita fidei commissarij, quia mul-
la videatur in his differentia. At si emphyteutus ab Ecclesiæ sit
accepta, negat pertinere ad fiscum, sed ad ipsam Ecclesiæ, à
quo accepta fuit. Moutier ex cap. felicis. ver. 1. quia vero fiscu-
da, de parvis, in 6. vbi text. loquens de re laice maiestatis in
Pontificem, ait: Si qua verè fenda, locationes ab Ecclesiæ ob-
tinet, sit eis ipso iure primatus, quia liberè ad Ecclesiæ rever-
tantur. Sub nomine autem locationis, tamquam species sub ge-
nere emphyteutis comprehenduntur. Ergo emphyteutis liberè ad
Ecclesiæ debet reverti, at non reverteretur liberè, si fructus,
& commodities, durante vita emphyteuta ad fiscum peti-
rent: contentus iis Hieronym. Gab. consil. 73. à num. 3. Farinac. in nota edit. quæst. 3. num. 8. ver. 2. et 3. ergo.

Cæterum credo idem dicendum, esse de fructibus emphyteutis secularis, & Ecclesiasticae, que ad hæretes extraneos transmitti non potest. Pertinere namque ad fiscum tales fructus durante vita emphyteuta: sic docent Gigas de crim. lese
maiest. lib. 2. tit. de pœm. committit id crimin. quæst. 6. num. 10. Molt. Mol. in tom. 2. dispu. 1. ver. primam. & tom. 3. dis-
p. 656. num. 3. Moutier, quia emphyteutis, sive secularis, sive
Ecclesiastica, est quoddam fidei commissum, curis fructus emphyteuta percipere debet tempore vita sue. Cum ergo
fiscus in omnibus delinquientis inibi succedit, succedit in hoc iure, & potestate percipiendi hos fructus. Ergo illos debet
percipere, nisi aliqua legge prohibeatur. Quidam autem hoc nulla
in probo, quia textus adductus ex cap. felicis, de pœmis in 6.
id non probat, quia intelligi potest, non de locatione emphy-
teutica sed de rigorosa locatione, & conductione alcuvia, sive
ad tempus, qui ad Ecclesiæ liberè reverteretur, ut possit pro
voluntate iterum locari, & conduce: vel si de emphyteuti lo-
quatur, loqui de illa, quia statim ad Ecclesiæ tanquam ad
dominum directum reverteretur: quod videtur manifeste probari ex verbis textus, si bene expendantur, dicit enim, si uero fenda, locationes, officia, vel beneficium spiritualiter, vel in
tempore ab aliquibus Ecclesiæ obtinet, sit eis ipso iure primatus
que sic liberè ad Ecclesiæ revertantur, quod Ecclesiæ
redores de ipsi pro sua voluntate disponant. Ad consistat de emphyteuti, que signatos habet hæretes, non posse à retribu-
bus Ecclesiærum pro sua voluntate disponi; neque ad hinc
effectum posse libere ad Ecclesiæ reverteri. Ergo figura ei non
loqui Pontificem de hac emphyteuti, sed de illa, quia nullum
successorem habet vocatum: hanc ergo dicere videtur reverteri
ad Ecclesiæ, & Ecclesiæ tamquam de quadam officio, vel
beneficio possit libere disponere; Addi neque ex vi supra dicti
textus videtur colligi fructus emphyteutis; quæ ad Ecclesiæ
debet redire, non pertinere ad fiscum durante vita emphyteu-
ta. Nam gratis concessio (quod mihi dubium videtur) loqui
textum de locatione emphyteutica, debet loqui non de qua-
cumque, quia ad Ecclesiæ debet redire, co quod non habe-
at successorem signatum, sed de illa, quia statim amittit
ab emphyteuti, & que ad Ecclesiæ reverteri, ut hoc so-
luit, et ut ipsem Sanchez. num. 23. se explicat, cum vitia ta-
ciant legis prohibitionem, habet aliam specialiem abstin-
tore prohibitionem alienacionis. Ergo emphyteutis, quæ
hanc duplēm prohibitionem non habet, liberè ad Ecclesiæ
transtincta vita delinquientis debet reverteri, quia non habet
vocatum successorem, ut una Ecclesia pro sua voluntate disponat,
poterit ad fiscum durante tali vita pertinere. Denique
cum textus dicit ad Ecclesiæ locationes, officia, & beneficia
debet liberè reverteri, ad hunc effectum est, ut explicat
ibi glossa, verbo disponere, vellis non vocatis, etiam si pos-
siderent, possit Ecclesia de illis disponere. Quocirca fructus
emphyteutis, que ad extraneos hæretes transmitti non po-
test, habet tamen successores fiscus, ad fiscum durante vita
delinquientis pertinent, nisi ultra tacitam legis prohibitionem
aliam habenter expellam; si tamen nullum successorem
haberet, sed ad dominum directum reverteretur, tunc
si ultra tacitam prohibitionem alienandi, quam fecum ita
emphyteutis, aliam expressam habet, ad dominum directum
fiscum pertinet cum fructibus, & commodities: si autem
cetera illa expressa prohibitione, ad fiscum pertinere durante
vita delinquientis eius fructus, & commodities, neque in
contradiccio Sanchez supra allegatus, si bene explicatur.

Verum si de emphyteuti ad extraneos hæretes transi-
toria loquuntur, non defuit Doctores, qui negant ad fiscum tran-
sire, sive Ecclesiastica sit, sive secularis, sed ad dominum di-
rectum reverteri, & dominum viles cum proprietate consolidati
eis Didac. Cæteria in quæst. crim. rubr. de heret. c. 1. num. 46. Alij specialiter de emphyteuti Ecclesiastica negant ad fiscum transire, admittent in seculari. sic Iulius Clas. præf. lib.
4. S. emphyteutis, quæst. 29. num. unio. Bernad. Diaz. cap. 132.
num. 4. Mol. Iesuita tom. 2. dispu. 48. concl. 1. & 2. Moutier,
qua generale est, querit bona delinquientis ad hæretes ex-
traneos transeunt, & ad fiscum transeant. Ab hac autem
regula generali emphyteutis Ecclesiastica excipitur, & non se-
cularis tum ex Novella Inst. de alienat. & emphyteutis, §. 1.
vbi emphyteutis translata in fiscum potest, muta biennum vin-
dicatur.

dici: Tum quia si in fiscum transire emphyteusis, efficeretur conditio Ecclesiae deterior propter hinc potestiam, ob quam facile consumiri non posset, & cius proutilegia; & praecipue, quia nulla effectus caducitas, cum sicut nunquam patuerat, quia credendum non est fusile voluntatem Ecclesie, ut ad fiscum tranferret.

8 Dico tamen tertio, probabile esse qualibet emphyteusis ad heredes extraneos transmissibilis, publicatis bonis delinqentibus publicari: sic docuit Bothus tit. de bonorum publicatis. 5. Facion plures referens, quas. 25. num. 54. & seq. Sanch. lib. 2. cap. 19. num. 25. & 29. & quas. 190. num. 63. & sanc. Facion. lib. 9. contrap. cap. 53. Simancas de catholicis. institut. tit. 19. ann. 97. & 103. Azot. tit. 1. lib. 8. c. 12. quas. 11. Ratio est, quia Autentia illa Iustiniani solum concedit facultatem dominis directis, ut translata emphyteusis in fiscum Regis vel in ciuitatem aliquam, aut in curiam, aut in aliquam venerabilem aliam domum, possit manifestare suam voluntatem inter biennium, ut rem emphyteuticam recuperent, vel possidentibus derelinquent, cum omnibus obligationibus annuum peneserent. Ex qua facultate non videtur sequi translationem effectualem, sed potius esse validam, esto renocabilem. Addo hanc facultatem renocandi emphyteusim intra biennium, ut fiscum dicentes, non de quibus emphyteusis, sed de emphyteusis Constantinopolitana, & non in perpetuum concessa, neque ad extraneos heredes transmissibilis est intelligenda, ut dicit Bothus, & Facion, *sapra*. Neque verum est, ex eo quod ad fiscum transeat emphyteusis reddi Ecclesiae deterioris conditionis: nam fiscus semper est solendum. Neque fiscus habet plura proutilegia, quam Ecclesia, neque his proutilegia nocere Ecclesia potest, sicutdem solute tenetur canonem, & alia partis, que ceteri priuati tenentur. Nam fiscus non est proutilegium, nisi in ciuitate iure expressis, & probat textus in l. C. de peti. hered. l. quod placet. ff. de iure fisci, & alijs plautis, que adducit Menoch. consil. 242. num. 9. lib. 3. Ense. in fragmento verbo fisci. num. 149. Spes caducitatis non videatur confidibilis; minime enim haec est, quies emphyteusis ad extraneos heredes transire in perpetuum potest, nemus cum quis relinquit heredem. Intelligenda tamen est, haec conclusio de confisicatione facta a iudice Ecclesiastico: non secularis iudex Ecclesiasticaem emphyteusim, ut pote alienum in iure iurisdictione publicare non potest, sic Facion. illa quas. 5. 25. 7. Sanch. n. 29. fine, & aliij apud ipsos.

9 Dubitant tamen Doctores; an Ecclesia competat ius recipiendi emphyteusim in fiscum translata? Negant Bothus in sua tract. tit. de bonorum publicatis. num. 60. Facion. 1. part. quas. 25. n. 56. virf. sed quod in id iunctu num. 54. Facion. lib. 9. contrari. cap. 53. & alijs apud ipsos. Mouentur, quia haec facultas aut competit Ecclesia ex iure ipso naturali, aut ex iure positivo. Ex iure naturali competere non potest; alias non solum Ecclesia, sed etiam cuiuslibet particulari competere. Ex iure positivo competere non potest, nisi id in iure expellsum sit. Non est autem expellsum in iure sic probo. Nam Autentia illa Iustiniani, quae ad id probandum inducit, solum logitur de emphyteusis data ab Ecclesia Constantinopolitana, & non in perpetuum, neque ad heredes extraneos transmissibilis. Dixit enim pater Imperator: Si vero contigerit quamlibet ratione aliquo predictori locorum venerabilium emphyteusis iure datam, aut in imperialium domum, aut in sacrum palatium, aut in ciuitatem aliquam, aut in curiam, aut in quamlibet venerabilium altam domum pervenire: licentiam plenum ordinatariorum venerabilium locorum, ad quibus a principio emphyteusis facta est, mox ut peruenierit in eam praeditum personarum ipsa emphyteusis, manifestare suam voluntatem intra biennium. Et aut ab his derelinquens eandem regas, peruenit. Et annuum pensionem, qua pacto continet, ut interficiat hoc recipere emphyteusis soluta, ex quod hoc sibi proutilegium est. Et statim post haec verba subiungit Imperator: Et hoc quidem super hic, quia maioris Ecclesie sunt. Et praeditorum venerabilium, domorum, que sunt in hac regia ciuitate, quis circuuntur ad iuramentum difformis. In aliis vero fiscis Ecclesiis, & monasteriis, &c. seu reliquis venerabilibus dignis, que in omnibus provinciis nostris reipublice possunt, & ceteris, conuenient definire prouidimus. Licentiam igitur eam praeditis venerabilibus domibus non solum ad tempus emphyteusis facere immobilium rerum sibi competentium sed et perpetua hoc eis emphyteutico iure volensibus dari. Ex quod predictis manifeste constat. Primum potestatem renocandi solum emphyteusis Constantinopolitanae fusile factam, non alijs. Secundum, ut Ecclesia concessam esse potestatem alienandi rem in emphyteusis perpetuan, non tam Ecclesia Constantinopolitana: quod praeclarus explicite Cuiac, ad Nouellam 120. relatus à Facion lib. 9. c. 5. dices. Id est singulare in Ecclesia maiore Constantinopolitana, & aliis religiosis adib., que sunt intra eam, ut in territorium eius, ut praediorum suorum perpetuum emphyteusis, vel etiam permutationem praediorum inveniunt, non possint, & post pauca: Id etiam est singulare in aliis potestatibus, ut contra eam emphyteusis, cum fisco, vel Imperatore, vel republice, vel curia, vel cum alio venerabili loco possint iurem intra biennium.

Propter hanc censeo probabilis, & iuri conformius, emphyteusis aliam ab Ecclesia Constantinopolitana translataem ad heredes extraneos, si ad fiscum transeat, renocari non posse, sed perpetuo apud fiscum manifuram, qui integrum ius domino directo feruare tenerur.

10 Contra hanc conclusionem tenet Vasquez 1. 2. d. 169: cap. 3. num. 23. Molin de iis. tom. 2. disp. 48. concil. 2. Simancas de catholicis. institut. tit. 9. num. 104. & 105. Azot. tom. 1. lib. 7. cap. 12. quas. 11. Iulius Clarus in sua practic. lib. 4. §. emphyteusis. quas. 29. num. 104. Sanchez altos allegans lib. 2. cap. 19. num. 31. affirmat namque posse Ecclesiam qualibet renocare intra biennium emphyteusim translataem in fiscum. Mouentur primo, quia etiā lupridi etiā potestas renocandi alienationem solū emphyteusis Ecclesie Constantinopolitanae, verbis facta sit, ad alias Ecclesias debet extendi, ex doctrina Baldi in antis. vni. rogati num. 13. verf. sed queror quomodo potest esse. C. ad Trebellian. dicenis, quidquid in auctoribus Ecclesie fauorem statuerit, intelligitur esse ius generale, nisi contrarium inueniatur expressum, authent. de non alienandis. Quod ergo & ita tradit Alexander. l. si finita. 15. §. si de vecigalibus. num. 36. ff. de damnō infēcto. Iulius Clarus practic. lib. 4. §. emphyteusis. quas. 29. num. 104. Butlatus confi. 199 lib. 5. num. 6. Sed respondet potest in praedicti esse ius in contrarium expellsum; siquidem ex supradicta constitutione Iustiniani constitutis voluntate imperatorum ilium limitare ad Ecclesiam Constantinopolitana; id enim denotant illa verba, & hoc quidem & distinctio facta inter emphyteusis Constantinopolitanae Ecclesie, & aliarum Ecclesiarum.

Secundo mouentur, ut Ecclesia Constantinopolitana emphyteusis transire non posset ad heredes extraneos, ut quid necessaria erat facultas renocandi emphyteusim, si translata efficit in fiscum? iure ipso vindicari poterat quilibet tempore, tanquam indebet a filio occupata. Ergo dicendum est hanc facultatem renocandi cuiuslibet emphyteusis ad heredes extraneos transitoria concunire.

Respondeo emphyteusis Constantinopolitana posse transire ad heredes extraneos, non in perpetuum sed pro determinato tempore; eaque de causa posse pro illo tempore transire ad fiscum, & necollariam esse facultatem renocandi: quod tamen facultas alia Ecclesie non apparet concepta, etiā fuerit concepsum posse dare emphyteusis perpetuam adhibitus intris solemnitaribus.

11 Sed admissa illa sententia probabile posse Ecclesiam recuperare intra biennium emphyteusim translataem in fiscum, mouet duplice difficultatem Sanchez illo lib. 2. cap. 19. n. 32. & 33. Prima, an si biennum labatur, posse Ecclesia aduersus illius lapsum restituiri, & sic petere renocationem. Placet Sanchez posse, & contentis Simancas de catholicis. institut. titul. 9. num. 106. & Vasquez illo cap. 3. num. 23. ducunt ex doctrina Baldi l. papillorum, 5. fine, C. de repudian heret. & ibi Alexander. in fine. Roman. l. si insularum num. 45. ff. de verborum obligat. & singul. 94. Omnes iij affirmit monasterium institutum sub conditione, ut intra annum edificet Xenodochium, substituto alio monasterio ob conditionem non impletam posse non implens conditionem restituiri aduersus termini lapsum contra monasterium substitutum. Et rationem reddit Sanchez, quia minori competit restituiri aduersus conditionis omissionem a restitutori iniuncta, ex l. 3. §. si heres. ff. de minoribus. cum autem Ecclesia proutilegio minoris vitatu cap. 1. de restitutione in integrum, potest similiiter restituiri.

12 Verum Quemadmodum in suis questionib. fiscal. quas. 13. in patrem negantem inclinat, ducitur, quia quando agitur de lucto captando proutilegatus non gaudet prius ergo aduersus pariter proutilegatum l. verum. 12. §. fin. ff. de minoribus, & l. 2. C. de proutileg. sive. sed Ecclesia, & sicut minoris proutilegio gaudent. Ergo non licet Ecclesia aduersus fiscum proutilegio minoris vit. Sed hinc ratione optimè respondet Sanchez ibi, admittens proutilegatum non gaudere proutilegio aduersus pariter proutilegatum; quando vterque proutilegatus agnoscit de lucro capiendo, vel damno vitando; fiscus vero quando vnu proutilegatus agit omnino de lucro captando, alijs vero de damno vitando. Ecclesia ergo in praedicti agit de vitando damno, quale est amittere emphyteusim sibi competenter, & habere illam in fiscum potestente, translataem. Fiscus autem solus agit de lucro captando, cum emphyteusim illi non competat, nisi ob omisam ab Ecclesia renocationem. Ceterum adhuc mihi non probatur sententia Sanchez, potius enim articulat Quemadmodum sententia non ob rationem ab ipso allatam, quam bene Sanchez dissolut; sed ob hanc quam subiungo, quae sic se habet: Ecclesia si expellit intra biennium veller fiscum habere emphyteutam, non posset voluntatem renocare; alijs nulli efficit translata firmam, sed quoties aduententer videt labi biennium, & emphyteusim non renocat, contentus fiscum habere emphyteutam, siquidem à lege illa Iustiniani conceditur biennium, ut deliberet, quid sibi magis placuerit, habere fiscum emphyteutam, vel ab illo emphyteusim renocare. Cum ergo non renocat, deliberatse contentus sibi magis placuisse fiscum habere emphyteutam. Aduersus quam rationem fundamentum Sanchez non procedit. Admitto tam-

que

324 De pœnis spiritualibus hæreticorum.

que monasterium institutum sub conditione restituvi posse aduersus substitutum ob omisam illam conditionem, quia hic substitutus institutus est ab ipso primo instituente ob omisam conditionem primi instituti: sed quia hic substitutus ius acquisitum non habet ab ipso instituto, sed ab primo instituente, ea de causa refutatio ei conceditur: at in presenti fœcū non habet esse perpetua emphyteuta, nisi ex remissione, & voluntate Ecclesiæ, cui est concessa optio, vel reuocandi emphyteutum, vel relinquendi apud ipsum.

13 Secunda difficultas est de melioramentis factis in prædio emphyteutico ad quæ pertineant, ad sicutum, an ad Ecclesiæ reuocantem emphyteutum. Quia in re distingendum est de melioramentis factis à delinquente ante delictum, vel post delictum. Et quidem si haec melioramenta facta sunt à delictum, Et quidem si haec melioramenta facta sunt à delictum, et quod bona publicantur ipso iure, ex similitudine Sanchez lib.2, cap.19, num.34, pro certo ad sicutum pertinere, quia omnia bona delinquente à puncto delicti commissi fœco sunt obligata: inter quæ labor, industria, & expensæ in his melioramentis appositæ debent computari: contenta Simancas de catholicis, institut. tit.9, num.107 & seqq. Vasquez 1.2, disp.169, cap.3, num.25. Azor. cap.1, lib.8, c.12, quest.11. Verum si ante delictum melioramenta facta sunt, probabiliter ex similitudine Sanchez, cum Bernard. Diaz in prædic. cap.13, num.4. Ioan. Garcia de expensis, cap.10, num.5. Molin. Theolog. som.2, de inßi. disput.4.8.1, capitulo 2, ad fœcum corum premium & æstimationem pertinere, etio proprietas pertinere ad dominum emphyteutum, quia melioramenta, quæ emphyteuta facit in prædio emphyteutico sibi, & successoribus acquirit quoad utilitatem, licet quod dominum directum ad dominum prædictum pertinere, nisi aliud in emphyteute institutum conuenienter sit aut nisi melioramenta sunt medica, ut recte Molin. Theologus alias relatis tom.2, de inßi. disput.4.6.3, conclusio 2, defendit. Sed fœcus publicat omnia bona, quæ sunt delinqüentes tempore commissi delicti. Ergo haec melioramenta quoad utilitatem publicabit: ac proinde si postea Ecclesia velet emphyteutum à fœco reuocare simul cum melioramentis, horum melioramentorum æstimationem debet fœco solvere.

14 Hæc omnia probabilissima sunt. At credo oppositum in vtroque casu esse dicendum: si enim melioramenta sunt post delictum facta, cum confiscatio non extendatur ad bona futura, vt iam supra diximus, nequit extendi ad melioramenta post delictum quia extendetur ad bona futura. Adde confisio namentem ipso iure imponit, cum sit ponca certa, inspicere tempus commissi criminis, & statum, qui erat in delinquente tempore patrati feceris, vt bene comprobaret. Marienzo lib.5, compil. 4.4.3, glossa 7, n.6. Ergo commodates & melioramenta, quæ tunc habeat emphyteuta propria (si aliqua haberet) ea debent publicari, non ea quæ delictum subsequuntur. Si autem melioramenta ante delictum sunt facta, ad dominum directum pertinere, sicuti pertinent res emphyteutis, quia cum re emphyteutica consolidantur. Ergo sicut ex re emphyteutica non potest emphyteuta deducere premium, & æstimacionem, sed solum viuum fructum, ita etiam ex melioramentis factis. Item proprietatem melioramentorum docent omnes ad dominum prædictum pertinere. Ergo valor, & æstimatio melioramentorum ad ipsum pertinet, secundum proprietatem. Ergo non videtur, quod valor, & æstimatio melioramentorum publicari. Addit. Omnis emphyteutus, nisi aliud caueatur exprise, videtur data sub hac conditione, vt melioramenta facta in re emphyteutica ad dominum pertinente, quia ea de causa res maxime fructifera pro minima pensione donatur, & licet in aliquibus emphyteutis institutionibus hoc expresse dubitetur, non apponitur, quia necessarium sit, sed vt omnis dubitatur tollatur, & impeditur vius oppositus sententia probabilis: & ita tenet Simancas, Azor, Valquez num. præced. relati.

15 Duo tamen sunt omnino certa. Primo, quoties emphyteuta perdit emphyteutum, quia non solvit pensionem, vel aliam conditionem in emphyteute opponitum non exequitur, ad dominum emphyteutis pertinente melioramenta. sic Valquez 1.2, disput.169, cap.3, num.25. Santiago 1.5, select. cap.4, num.4. Molin, Iesuita disput.4.8.1, conclusio fine. Sanchez lib.2, c.19, num.36. Ex qua doctrina non leue argumentum sumitur ad probandum, quoties ob culpare emphyteuta, & emphyteutis dereliquerit, melioramenta ibi facta ad dominum pertinere.

16 Secundo est certum, si dominus emphyteutis crimen committat, ob quod bona illius publicentur, publicari tunc emphyteutum quod dominum directum, quia bonum illius est, & emphyteutum obligatum est fœco pœnalem solueret. sic Sanchez 3.8, cum Cant. in suis q. crimin. t. de q. sangent punit. delict. c.1, n.46.

P V N C T V M IX.

Qua ratione feudum sub publicatione bonorum comprehendatur.

- 1 Quæ diæ sunt de emphyteutis, eadem ferè conueniunt feudo.
- 2 Feudum ad hæreses extraneos intransmissibile nequam ad fœcum transit.

- 3 Si publicatione feudi fiat ob delictum commissum aduersus dominum, domino pertinet, & ad ipsam deuoluitur.
- 4 Idem est, si feudum hereditarium tibi concessum est, secus si concessum tibi, tuiq; agnatio, secundum plures Doctores.
- 5 Quid sententiam sit.
- 6 Feudum ad extraneos hæreses transitorum, ad fœcum transit.

1 E A quæ de emphyteuti dicta sunt, ad feudum accommodari facile possunt, quia naturam emphyteutis imitatur, & omnino illi est simillimum, ac proinde eodem modo loquuntur de feudo, ac de emphyteuti Cardinal. in Clement. molentes de hereticis, versic. inquisitoribus, col. penult. Bernard. Diaz prædic. c.131, n.4. Alexander in l. finita, § si de rectigalibus fœdi de domino infœcto, col.11, c.12, & alii. Sed ne laboremus in aquito, distingendum est duplex feudum, aliud in quo fœdatur altingitur solletere domino directo certam aliquam pensionem pecunie, & fulmenti: & hoc non est propriæ feudum, sed emphyteutis, ac proinde de illo idem, ac de emphyteuti dicendum est. Aliud est feudum, pro quo fœdatur altingitur seruitum personale prætare: si autem simul cum hoc seruitum personali aliqua pensione pecunie soluta est, feudum, & emphyteutis dicetur, sic ex Cyro, Alexander, & alii probat bene Marienzo lib.5, compilat. titul. 10, l.6, glossa 2, num.13, & sequent. & num.22, 23, c.24, explicat proprietates, & naturam fœdorum. Primo enim: feudum (inquit) debet constitui super re immobili, vel æquipollenti, cum obligatio ne recognoscendi dominum, & fidelitatem illi praestandi. Quapropter solletere fœdatur altingitur, de seruanda haec fidelitas facete; iuxta cap.2, de nova forma fidelit. & cap.1, qualiter vasall. iura. deb. Secundò feudum ad hæreses malculos transit in infinitum, iuxta cap.5, hœc autem notandum, & ibi Doctores, qui feudum dare possunt. Fœmene autem non succedit, quia feminæ ad bellum, & seruitia militaria habiles non sunt, neque ad secreta rei vindicanda, & quia eam consilia fragili sunt. Tertiò sine domini, & agnitorum consenso alienari non potest. Quod si aliquando feudum ex conuencionem, & pado absque prædictâ ratione aliqua conditionum stabilitur, non feudum rectum, sed imprudente dicetur.

2 Ex his inferitur questionis decisio. Affirmo namque, si feudum directum sit, neque ad hæreses extraneos transitorum, nequam in fœcum transire, ob rationem, sapientiam, tam quod fœcus est loco hæredis extranei, & cum non possit contracta alienare, neque delicit: & propriæ temenis defendit Simancas de catholicis, institut. tit.9, num.22. Azor. part. lib.8, cap.12, quest.10. Pugna director. 3, part. quest.11, comment. 16.1, versic. quod si clericus. Farinacius quest. 15, n.7. Clarus in fœdum qu.84, versic. ergo vero. Difficultas autem est, cui sit hoc feudum applicandum, an domino, an cognatis, cum vniuersa bona fœdaturis publicentur?

3 Relpondeo, si publicatione bonorum facta sit ob delictum commissum aduersus dominum feudi, ad dominum feudum deuoluitur quocunque modo feudum concessum, sit: videatur enim sub hac conditione a principio concessum, vt in causa ingratisudinis contra dominum reveretur. sic Roland. consil. 15, num.1, & seqq. volum.4. & consil. 78, num.8, eodem vol.4. Boftius in tit. de bonorum publicatis, num.5, in princip. & n.4, in fine. Farinacius alias relatis, qual.1.3, num.78. Excipe, nisi ex tenore inuestigatur constare concedentes nullus, vt vnius delictum alteri nocet; vt si in inuestigatur dicatur: Concedo de uno in alio; vel concedo omnibus principaliter, sive in solidum; vel concedo attentis meritis singulorum; vel concedo generi tuo: tunc enim, quia omnes per se, & regis principaliter considerantur, & tanquam successores institutis, non tanquam successores primi inuestitū, idcirco vius delictum alteri non nocet, sic Roland. consil. 5, num.3, volum.4. Clarus, §. fœdum, quest.66. Farinacius plures referens num.9. Si autem publicario bonorum non ob delictum contra dominum, sed ob alia delicta facienda sit.

7 Tunc distingendum cœfit, si tibi sit concessum contractum in feudo hereditarium, vt ex te tanquam ex radice ad hæreses deueniat, dominio deuoluitur; fœcavisti, si tibi, & tuis cognatis æquæ concessum sit, quia tunc non dominio, sed cognatis deuenit, co quod omnes cognati non ex iure accepto a principio inveniuntur, & concedente feudum, succeedunt plurius relatis docet Farinacius quest. 15, num.87, 88, & 93. Secunda difficultas est, an fœcius viusfructus, & commodities huiusmodi pertineant ad fœcum, durante vita delinqüentis? Affirmant plures, quos referunt, & sequitur Gigas, de criminis laesa maiestatis, lib.2, tit. de panis commiss. crim. laesa maiest. quest.5, num.3, & seqq. Menochius de recuper. posse. rem.9, num.260, & seqq. Albert. in tractat. fœciatorum, part. 9, 16. March. de afflictis in tit. quæ fin. regalia, §. & bona committit, col.1. n.5. Mouentur, quia vasallus potest durante vita commodates, & viusfructus feudi alienare, vt traducere omnes in tibi dominum, §. fin. ff. de legat. certatur de communione. Ruin. consil. 176, num.13, l.1. Roland. consil. 80, n.13, l.1. Clarus §. fœdum, q.31, versic. successori. Sed ea, quæ possunt contraria alterari, possunt & delicto. Ergo, In contrarium sunt plures alii Doctores

versus nihili quandoque, in fine. Ratio est, quia fructus feudi feudum coniunguntur: si igitur feudum ad aliam pertinet, pueri et boni delinquentes, & ad ipsum, & fructus debent pertinere.

Ego vero iuxta has extrema sententias censeo distinguendum esse, iuxta ea quae de emphyteusi dixi. Si enim feudum viri tacitam alienando prohibitionem ab inducit, qualis esset, si dicaret haber aliam expressam ab institutore, qualis esset, si dicaret inducere se vellet, ut ea bona nullatenus exiret ex sua familiâ, vel in illa temporâ permanerent: tunc pro certo censeo non ad fiduciam sed ad successorem feudi fructus decernire. Si autem filium tacitam alienando prohibitionem, habent probabilem est ad fiduciam pertinere durante vita delinquentes, quia tacita alienando prohibitory non videtur impeditre translationem feudi durante feodalitate vita, sed fiduciam impedit translationem post vitam, ac in perpetuum. Dixa summa esse probabilem, quia haec timor speciem difficultatem habet in feudo, quam non habet in emphyteusi, eo quod feudatarius ex natura feudi iure debet fulcitur domino prefare: & ad seruitum pertinet, potius quam reale obligatur, quia onera non videntur in fiduciam transire posse, ac proinde nec feendum.

Si autem feendum ad extraneos heredes transire potest, eo quod datum sit tibi, & tuis heredibus, vel tibi, & quibus tu dicas velis, ad fiduciam transire, facta bonorum publicatione, ex regula saepe firmata. Quia transire ad heredes extraneos, aliquid transtine: & proprio termino docet Gigas de criminis lese maiestate, lib. 2. tit. de paris committente, hoc criminis q. 5. n. 6. Roland, consil. 2. 9. n. 17. vol. 3. Monach. de recuperacione rem. 2. 5. n. 51. Bosilius in tit. de publicatis bonorum, n. 20. q. 5. Farinacius i. part. pract. q. 2. 5. n. 1. vers. unde. Hoc sententiam concordemus est, quando vafallus potest de feudo liberamente, secus vero efficit, si de illo disponit: non posse aliisque dominum licentia, quia ratione huius prohibitory neque delinquendo, sicut neque contrahendo feendum alienare, salvo publicatione feendum ad dominum revertitur, & dominum virile cum directo solidatur: sic Clarus §. feendum q. 8. 4. et secundum autem, Bosilius tit. de pub. bon. num. 5. 4. Farinacius num. 2. 2.

PUNCTVM X.

Qua ratione peculum profectum, aduentitium, cafrene, & legitima sub confisicatione facta filiofamilias ob eius crimen comprehendendatur.

1. Quae haec sint, explicantur.
2. Quod dominum habeat filius in hac bona.
3. Procedit quod filii familias sub patria potestate.
4. Quibus modis existat filius a patria potestate.
5. Legitima filii non confessatio ob eius delictum.
6. Neque bona profecta ipsius.
7. Peculum aduentitium plures censent publicari.
8. Probabilis est oppositum.
9. Sunt rationibus contraria.
10. Aproposito limitatio causa quo pater habeat usumfructum.
11. Non approbatur limitatio.
12. Secunda limitatio in peculio aduentitio, cuius pater habet administrationem.
13. Neque hac limitatio mihi probatur.
14. Tertia limitatio, ne procedat in hoc Castella regno, in quo filius disponere potest de tercia parte aduentitiorum.
15. Non admittitur limitatio.
16. Quare limitatur in crimino lese maiestatis humanae, & domini. Et approbatur limitatio, tametsi aliqui contraria sententia.
17. Aliqui extendunt publicationem ad usumfructum patris.
18. Sed non prout hanc extensionem.
19. Boni cafrene, aut quasi, ob delictum filij, publicari censent plures.
20. Probabilis est non publicari, sed patri de serri.
21. Categit argum. num. 19. adductio.
22. Amplius doctrina, tametsi filius condemnatus filios habens, adhuc non publicatur cafrene.
23. Quid dicendum in crimino lese maiestatis? Negas Sanctorum sed contrarium est verius.

1. Primitendum est, quae haec sint, & quod juris pater, & filius in eis habeant. Peculum profectum est, quod filiofamilias prouenient a parente viuo, vel causa patensis principi potest, colligetur ex §. igitur, verific. sanctum est, & per quam personas nobis acquirat, l. cum opere, in principio a glossa, verbo ex illius substantia, C. de bonis qua libera. Aduentitium est, quod filio donatur, non quidem a parente, sed ab aliis; neque in gratiam parentis, sed in gratiam ipsius filii donatur. Item quod filius labores suo, & industria, extra matrem acquirit, est aduentitium. Item hereditas matris patre su- Ferd. de Castro Sum. Mor. Pars I.

perfice, inter bona aduentitia connumerari debet respectu patris, focus de hereditate patris matre superfite; quia hoc ius solum patris potest, & defertur: colligitur ex supradicta cum opere. Ex supradicto & igitur, Cafrrene peculum est, quod filio acquiritur occasione militie, vel obsequij Principis in palacio. L. catrensi palas peculio, lib. 12. Item quidquid hic acquisitis lucrat, cultrente debet dici l. 1. C. de cafrene pecul. lib. 12. Ad idem est quod ex beneficio Ecclesiastico acquiritur, quod vocatur quasi cafrenne, & quod acquiritur post clericatum, etiam si alias est aduentitium, authen. presbyteros, C. de Episcop. & clericis; quia clerici sunt milites spirituales. Item quod acquiritur officio publico aliquis artis liberalis, iudicis, Advocati, Cathedratici, tabellionis, procuratoris, &c. l. advocati, C. de advocatis, diuina indic. Item libri donati occasione studi facultates, a quocumque donati sint. Addic quia solum liberalitate Principis fuerint donata, & generaliter quocumque filio donatum est, ea conditione, ne pater habeat usumfructum, quia cafrenne dicitur, quia cafrensem bonorum privilegia haberet. Et idem est, si donatum sit pater contradicente, quia non videtur aequum, ut ex illo pater commodum reportet. l. ultim. §. fin. verbi pater, C. de bonis qua libera. Item si paterem pater remittat usumfructum, quia tunc filio accretet, & quasi cafrenne conferi debet l. cum opere, & non autem, C. de bona libera. Eadem mensura ita dicendum est de usumfructu alius filio reliquo, quia tunc ad patrem non pertinet, eo quod usumfructus non denatur alius usumfructus, sicut neque feruntur feruntur. l. 1. ff. de usumfructu legato. Denique si pater in haec incedat, filius efficitur sui iuris, cap. 2. §. fin. de heretica, in 6. & acquirit usumfructum in bonis aduentitiis, quia usumfructus tunc consolidatur cum dominio directo, ut dicimus. Legitima autem est pars hereditatis debita filio mortuo parente: in his omnes Doctores conueniunt. Vide Sylvest. verbo peculium. Nauart. cap. 17. num. 142. Molin. Ieiuitam disip. 9. & 230. & sequentibus, ubi haec optimè explicat. Lefflum lib. 2. cap. 4. dub. 3.

2. Filius ergo nolum dominum directum, neque virile habet in peculio profectio, sed tortum penes patrem resedit, quare neque illud alienare potest neque in propriis viis convertere, nisi iuxta patris praesciprum. In peculio autem aduentitio habet filius proprietatem, sed non usumfructum, neque administrationem; administratione enim, & usumfructus patri deferuntur. Quapropter pater non consentiente, neque filius haec alienare, aut de his disponere; bene tamen potest donare causa mortis pater consentiente, ex l. tam 12. 5. ff. de mortis causa donation. Testari tamen non potest, nisi ad pias causas capicet pater, de sepulchris, in 6. In peculio autem cafrenni, aut quasi cafrenni habet filius proprietatem, usumfructum, & administrationem, sicut paterfamilias ac proxinde alienare ea potest donatione, & contractu, in modo & testamento, si pubes sit, quia ante pubertatem testari nullus potest, ex l. qua etate 5. ff. qui testamento facere possunt. Vide Lefflum, Molin, Nauart, & Sylvest. supra.

3. Secundo premitto hanc questionem solum de filiofamilias, hoc est, de filio sub potestate parentis constituto procedere. Nam emancipatus, & extra patriam potestatem existens fui iuris est, & omnia eius bona publicantur, ac si patrem superstitem non haberet.

4. A patria autem potestate exit filius primus, si pater naturaliter moritur, neque superius alterus ascendens per lineam masculinam, in cuius potestate filius recidat. Inflitent. quibus modis ius patria potest. soluit. §. hi verbi qui in potestate. Iure tamen Castellæ, & Lutitania in solius patria potestate filius existit, ac proinde decadente patre filius manet fui iuris. Secundò filius egreditur patriam potestatem, si pater, vel ipse morte ciuilis condenatur, hoc est, in insulam deportetur cum amissioni omnium suorum bonorum. Inflit. quibus modis ius patria potest. soluit. §. cum autem sequent & habetur l. 2. & 3. tit. 18. p. 4. Tertiò egreditur patriam potestatem, si pater hereticum committat, e. 2. §. ult. de hereticis, lib. 6. Et in idem casu, si filius ipse hoc crimen committat, argumentum, in §. cum autem is, verificari ratione. Inflit. quibus modis in patria potest. soluit. Quartò, si scienter pater contrahat incepsa nuptias, quia tunc filii prioris matrimonij partim egreditur potestatem. authen. incepsas, C. de incepsis nuptiis, §. 1. & 1. 6. tit. 18. p. 4. Debent tamen haec incepsa nuptia copula carnali consummari, ut pema haec locum habeat. Couart. in epistola decret. 1. part. c. 6. §. 8. n. 20. Quintò, si filius in Episcopum eligitur, eo ipso patriam egreditur potestatem, authent. sed Episcopalis dignitas. C. de Episcop. & clericis. e. per venerabilem, qui filii sunt legitimis. Neque requiritur, ut consecratus sit, sufficit, si sit à Pontifice electus: vt ex supradictis iuribus constat. Idem est si in Cardinalem eligatur, ut tradit Couart. cap. quia nos, n. 5. de testam. Sextò, si pater, vel filius religionem profiteatur, à patria potestate filius egreditur; iuxta glossam communiter receptam in l. si ex causa, §. Papinian. ff. de minoribus & tradit Couart, alios referens, e. 2. de testam. n. 8. 2. edit. Septimum, si in patriciam, hoc est, si in Regis conflituum eligatur, filius egreditur per electionem a patria potestare. authent. constituit quea de dignitate, in princip. authent. sed Episcopalis dignitas. C. de Episcop. & cler. per alias autem dignitates, pectoris

F. e. scilicet

326 De pœnis temp. hæret. special. de confis.

Cilicet, præfecti & similium, quæ connumerantur l. ultim. C. de decurionibus lib. 10. & l. 7. & seq. tit. 18. p. 4. à patre potestate filius non ereditur, quoniamque illarum administrationem subeat. Octauo, si filius emancipetur à patre, hoc est si coram iudice ordinario de communis consensu patris, & filii, filius à potestate patris eximatur. *In his quibus modis ius patria potest. soluit. & præterea l. vlt. C. de emancip. liberorum.* Tandem in hoc Castellæ, & Lusitanæ regno, filius eo ipso quo maximum contrahat, etiam in iuriis, insuevit parentibus ab eorum potestate egreditur l. 47. & 48. Tauri, qua est lex 8. & 9. tit. 1. lib. 5. recipiat. *Lusitan ordinat. lib. 1. tit. 6. 7. 8. 4. & lib. 4. tit. 7. 8. §. 2.* Ratione tamen etatis, etiam in senectute, à patre potestate non eximitur filius, cum nullum iure dictum sit, ut docet glofia communiter recepta l. fin. §. pupillus, verbo pupillus, ff. de verborum obligat. Anton. Gomez l. 47. Tauri num. 1. Matienzo lib. 5. recip. tit. 1. glof. n. 1. Perez lib. 3. ordinat. tit. 8. 1. fol. 128. item nec ratione clericatus etiam sacerdotalis à patre eximitur potestate ut est texus, & ibi Abbas in c. constitutus, de in integrum ref. & in cap. s. annum, de iudic. in 6. in iudic. presbytero. & Episcop. & cleric. & tradit. Bernard. Diaz prædict. c. 132. num. 6. circa finem Sanchez l. 2. c. 15. n. 1. Molin. Icclita træstat. 2. dñb. 229. versio sextus. His positus ut à clarioribus exordiamur Primum dicendum est de legitima. Secundum de bonis profectinis. Tertiò de aduentitia. Quartò de castris, & quasi castribus.

5 De legitima ergo recepissima sententia est non confisciari ob delictum filii familiæ, quoniamque sit, quia confiscatio non excedunt ad aliena bona, sed ad propria delinquentes; & legitima non est delinqentis, quoniamque pater à vita debeat. l. fin. de liberis & postquam.

Quod si dicas, etiò filius familias viuo parte non habeat legitimam, que acta subiici posse publicationi, habet ius, ut illi detur legitima mortuo parente. Ergo hoc ius publicari potest, & ratione illius mortuo parente fitus publicabit legitimam. Répondere hoc ius personale esse, neque ad heredes, extraneos transmissibile. l. §. in nouissimo, C. de cedulis tollendis Battol. in l. & postquam, in ultim. opposit. ff. de acquirenda habilitate item confeccio non trahit ad iura futura, & conditionalia, l. §. mandando sibi, §. is cuius bona ff. mandati. & ita docent Gigas træstat. de criminis lae. stat. lib. 2. tit. 20. patres committent id crimen q. 9. & 18. n. 1. Fatmac. prædict. quæf. 24. num. 19. Sanchez pluribus relatis, lib. 2. cap. 15. num. 19 & 21. Valquez 1. 2. dis. 169. cap. 2. num. 16. Bonacina dis. 1. contra libis, quæf. 8. punit. vlt. §. 1. num. 13. Ad idem est de alimentis debitis filio: non enim haec publicari possunt, quia sunt bona futura filii, non praefixa, & inquit alimentorum est perfonale. Sanchez n. 22. Bonacina n. 18. fine. Sed quid si pater legitiman filio assignaverit, & tradidisset, venire ne in confisicationem? Sanchez, & Bonacina supra affirmant, quia illa assignatione, & traditione factus est dominus illius. Negat Biard. in additionibus ad Claram, lib. 5. quæf. 77. num. 48. nullam tamen rationem alignat. Ego vero distinguendo coneo, si filius similiter cum traditione legitima à patre potestate eximatur, veritima est sententia Sanchez. At si filius sub patris potestate remaneat, cum reputari debeat illa legitima, quasi castræ peculium, vel aduentum quod sub gratia controversia est, ut videbitur, veniat ne in confisicationem. Idem est dicendum de legitima.

6 De bonis profectinis similiter est dicendum non venire, in confisicationem ob filios familias delictum, ex l. c. um oportet. C. de bonis, qua liberi. l. filii, 3. C. de bonis, præscrip. l. cori. C. familia excusanda, & est communis omnium, ut videre est in Bollio tit. de bonorum publication. num. 7. Ruin. confil. 24. num. 5. Clarus prædict. quæf. 78. verbi. præterea quo. Courat. variari revolutionum l. 2. cap. 7. num. 7. Anton. Gomez tom. 2. variari resolut. tit. de servit. cap. 15. num. 16. Fatmacius quæf. 24. num. 3. Sanchez l. 2. num. 15. n. 17. Bernard. Diaz prædict. cap. 132. num. 6. in medio. Ratio est manifesta, quia hac bona non sunt filii, sed patris, tam quoad proprietaem, quam quoad viumfructum l. si plures §. in arrogato ff. de vulgar. & pupill. Ergo ob delictum filii non possunt publicari. Quod verum est etiam si patre filius habere illorum administrationem, quia non per hoc censor data potest alienandi, vt bene dixit Fatmacius supra argumentum, textus in l. creditor. §. Lucius ff. mandati, & in l. si conuenire, ff. de patris debitis. Adde, etiò filius habetur exprestus à patre potestare donandi, & dissipandi abhuc non intelligetur data facultas, ut per delictum alienare posset, quia non presumitur fusile de delicto cogitarum. sic reatis Alexand. Imola. Angelo. Bart. tradit. Bernard. Diaz supra. num. 6. Sanchez num. 18. Anton. Gomez num. 16. & alijs.

7 De peculo aduentorio est maior difficultas, an veniar in confisicationem bonorum factam filios familias referenti patrum viumfructum. Affirmat Paulus Paris. confil. 15. lib. 4. Caldas l. si curasorem verbo l. fin. num. 112. vers. 1. ed in oppositum & n. 152. vers. 2. sed in propria specie. C. de integrum restitu. Bonac. dis. 1. de contrahib. quæf. 8. punit. vlt. §. 1. num. 18. & alijs relati à Menochi. de recuperand. possif. rem. 9. num. 75. Fatmacius quæf. 24. num. 5. Mouentur primò, quia proprietas horum boni

cto cogitatur, vt putat, quia cum sit perlonga rixola dubitan-
committere delictum, ne bona sua ad manus curia deueniant,
voluit sic illa donare; haec enim cogitatio? sic in genere non
sufficit donationem dici factam in fraudem filii, nec reuocan-
dam sit relato Menoch. suprà n. 6. docet Farinac. n. 65. &
affirmat esse pulchram declarationem.

Hinc fit primo donationem omnium bonorum factam

à delinquentे ante commissum delictum, non esse sufficiens,
& perpiciuum indicium ad fraudem præsumendum, vbi simul
à filio proberet adesse tunc aliquam cauam impellentem de-
lictum committere: sic tradit Bollus tit. de bonor publicat. n. 45
Anton. Gom. tom. 3. var. cap. vlt. num. 4. post 6. casum Sanch. lib. 2
cap. 21. num. 7. Farinac. anniversus referens, quod. 164. num. 134.
& 137. Menoch. lib. 3. *presumpt.* 124. num. 5. & 6. Idem est de
donatione facta coniuncte persone, vel amico, que non est
sufficiens indicium ad fraudem præsumendum, si alia cauam impel-
lens delictum non coniungatur; sapè enim affinitas, &
amicitia ad donandum impelli: non igitur frus perpiciua
probatur ex sola illa donatione, sic Anton. Gom. suprà Bollus
n. 46. Menoch. num. 24. & 25. Sanch. num. 11. Farinac n. 138. &
alij apud ipsos.

Secundum infero neque esse sufficiens indicium ad hanc
fraudem probandam alienationem factam alicuius fundi
in cuius possessione alienans exiit, & fructus percepit post aliena-
tionem quia excoigitari potest alia cauam sic simulante alienan-
di prater filii fraudem: sic Anton. Gom. suprà Sanch. n. 16. Far-
inac. quod. 162. num. 239. Cardin. Tucl. prat. conclu. in verbo
simulatio, & concl. 160. num. 13. & concl. 261. n. 5. & 29. Mal-
card. de probationib. lib. 1. concl. 439 num. 5. & concl. 558 num. 5. &
lib. 2. concl. 815 num. 51. & alij apud ipsos. Adiutorio tamē
probata simulatione, si delinquentis condemnetur in confi-
catione, bonorum non reuocatur donatum, sed potius occupatur tangam
inalienatum, & sub domino delinquentis existens. Secus vero
deciduum est de alienatione non simulata, sed in fraude hæc
enim potius condenationem delinquentis reuocanda esse à filio,
antequam possit bona alienata occupare, quia talis alienatio va-
lida fuit, & per eam in possesso fuit translatum dominium
ac proinde non via executa, sed ordinaria aduersus possiden-
tium procedi debet: sic Sanch. lib. 2. cap. 21. num. 28. cum Monte-
picio in dict. l. post. contractum num. 50. Secundū adherto sic
simulante alienantem, & malitiae poille allegare simulationem suam,
vt alienatum libi reddatur, si ad simulandum honesta cauā du-
ctus fuit; secus vero si in fraude alienasset: sic multis relatis
Farinac. 9. 162. num. 48. & quod. 174. n. 69. Tiraquel. de tract.
ligmag. §. 1. gloss. f. m. 16. ante finem, & gloss. 18. n. 20. ver. nam.
neque auditur. Tucl. prat. verbo simulatio, concl. 257. n. 12. & concl. 260 num. 20. & seqq.

Tertius infero neque esse sufficiens indicium ad com-
probationem fraudis, si proberet alienationem clandestinam
fuisse, quia potest adesse cauā sic actum honestandi.
Vnde vi fraudem proberet, debet simulare cum illa præsumptione
probari adesse cauam fraudis: post Bart. in l. post contractum,
num. 7. ver. 1. & *semper intellige* ff. *de donationib.* tradit Montepi-
cus ibi. num. 55. Anton. Gom. tom. 3. var. cap. vlt. n. 4. vlt. n. 5.
ver. 1. & addit. quod semper. Sanch. l. 2. cap. 21. num. 17. Menoch.
l. 3. *presumpt.* 124. num. 41. Farinac. quod. 162. n. 211. & alij apud
ipsos.

Quartū infero non sufficeret ad probationem fraudulentem
alienationis ante delictum factæ delictum incontinenti potius
alienationem sequi potest enim sequi ex inopinata rixa: quare
cum hac conjectura coniungi debet probatio cauæ qua ad pa-
tridum delictum impelli, scilicet rixam, vel iniuriam præ-
cessisse: sic Anton. Gom. post 6. casum Montepicus num. 5. 6. Sau-
chez n. 18. Menochius n. 21. Farinac. pluribus exornans q. 164.
num. 157.

Quocirca ante commissum delictum duplice inuenio
probationem clam fraudulentem alienationis. Prima, si aliena-
tus sub conditione publicationis bonorum: tunc in elarum est
te velle fiscum defraudare, & tuo delicto fuere: sic Menochius
num. 46. Sanchez num. 21. vbi restatur esse omnium. Farinacius
plures refutat quod. 64. num. 162. Secunda si donatus sub condi-
tione vt donatarius delictum confiuatione dignum non com-
mitteret. Nam illud committente vis ad alios heredes tranfere
donatum, quia tunc nec delicto faues, neque filium fraudas, sed
tunc iuste vitis: sic Farinac. suprà num. 163. cum Cepha con. 255.
num. 58. Menochius lib. 3. *presumpt.* 124. num. 50. Secunda pro-
batio clara fraudis est, siame donatorem dixeris aliqua verba,
quibus denotatur sufficiens de delicto patendo cogitasse, vt
si dixeris mirando alicui. Proinde rebus meis, & deinde mihi
satisfaciatis, tunc enim securò delicto sic prius alienata in fraude
reputantur alienata, sic Montepicus in l. post contractum,
num. 54. in fin. Farinac. alios referens, num. 164. Anton. Gom. ill. &
cap. vlt. n. 4. circa princ. in 1. causa.

Post delictum vero commissum quelibet ex supradic-
tis conjecturis sufficiens probata, est indicium perpiciuum,
& sufficiens ad præsumendum fraudem; quia tunc adesse cauam
impellens filii defraudationem, que est timor pene ob deli-
ctum imponenda. Quocirca ad eludendum hanc præsumptio
nem tibi incumbit omnis probandi ex cauā necessaria alienatio
nem esse factam; alias in fraudem filii censeberis alienata: sic
supponit Doctores relati, neque altam limitationem addu-
cunt, nisi cum delictum ita occulte patitur, vt nullus adit tri-
mor diuulgationis, quia tunc estat cauam committendi fraude-
m, sic Montepicus dict. l. post contractum, n. 61. Alciat. n. 56
Sanchez n. 19.

346 De pœnis temp. hæret. special. de confiscat.

18 Tria denique sunt aduentanda. Primum, ut donatio possit reuocari tanquam in fraudem factum, necesse non est donatarium participem esse fraudis; secus vero ut reuocetur vendito, permutato, & quilibet alius onerosus contractus. habetur. *Iust præter sibi quis participes; si quis in fraud. cred. Ratio huius diuersæ dispositionis est manifesta, quia in alienatione gratuita donatarius solum passus se habet acceptans beneficium sibi impensum, ac proinde frus in illo non spectatur in alienatione onerosa, contractu feliciter permutations & venditionis, æqualis est vterque contrahens. Debet ergo frus in utroque ad eum terminis haec ratio proponi soler: nempe donatarius sibi quia solum agit de lucro captando, in eo frus non attenditur in emente, vel vendente agitur de damno vitando. Debet ergo ut resindatur eius contractus participes fraudi esse, sic post Bart. in dicitur. post contratum, num. 3. tradit Montepicus num. 38. Ioan. Hannibal num. 39. Clarus prætie. S. fin. 9. 78. n. 17. vers. exterrit. Sanchez lib. 2. cap. 21. n. 19. Farinacius alios plutes referens quas. b. 164. num. 58. & 59. Bonacina disp. 3. de contratis. q. 8. p. 117. q. 8. n. 2.*

19 Neque alienandum est Anton. Gomez tom. 3. variarum cap. vi. num. 4 post medium, affirmari in omnibus casibus in quibus frus ex parte alienante prefunditur, præsumi ex parte recipiens alienationem, et enim efficax præsumptio fraudis in alienante, si frus sit alienatio sequitur delictum vel si post commissum delictum alienet, & tamen cum illo contrahens hoc ignorare poterat. Ergo ex hoc capite non probatur emptorem partem esse fraudis tradit Bart. in dicitur. post contratum, n. 8. ibi Ioan. Hannibal num. 56. Montepicus n. 62. Sanchez. num. 30. Farinacius num. 83. Item ex venditione omnium bonorum, ad quæ sequitur delictum: etio arguitur frus in vendente, ut et ferre omnium sententiam non tamen arguitur in emente, sic Montepicus num. 8. Sanchez num. 30. Farinacius num. 75. Item ex venditione facta coniuncte persone, vel amicissimo, & sumitur sufficiens præsumptio fraudis in vendente: at in emente, si iusto pretio emat, non item tenet Ioan. Hannibal in dicitur. post contratum, num. 115. & 116. Alcmar. ibi num. 4. vers. 1. rursum in alienatione. Viral. de clausula rub. de fraude. p. 23. Papenius in forma libelli in actione realis causa veris, ac legitimis. n. 38. vers. illud tamem seiat, etio contra tenet. Bart. in dicitur. post contratum, n. 3. Montepicus n. 46. Sanchez n. 30. Farinacius num. 75. Quocirca in dupliciti cau. reputarem sufficienter pro summa emptori partem esse fraudis commissam a vendente primo, si modice pretio rem emat magni valoris, quem nemo rem sine causa dissipat, sic Peregrin. de iure fisci. lib. 1. tit. 1. n. 157. vers. intellige impen. Sanchez c. 21. n. 30. Farinacius quiescit 164. num. 75. Secundo, si clam data opera contractus celebratur, quia illa occultatio malitiam arguit, sic Montepicus dicitur. post contratum. n. 5. Anton. Gomez ubi supradicta. n. 4. vers. item etiam intellige. Farinacius n. 82. Sanchez n. 30. Vbi optimè adiutorium nunquam fraudem esse ex parte emptoris præsumendum, qui prius ex parte vendens, & committens delictum præsumantur.

20 Secundum adiutorum fiscum renocate rem alienatam in suis fraudem, non solum quadam rem ipsam, sed etiam quadam fructus in illa prudenter: quia ij fructus pars illius rei confiscatae reputantur. At non renocantur fructus percepti medio illi tempore ante sententiam, sive consumpti sint sine nota, quia cum dominium illius rei fructus parturientis translatum sit in possessionem, ab illo si his obligatione possessor acquiruntur si multis relatis docet Sanchez lib. 2. cap. 21. num. 22. Peregrinus lib. 5. de iure fisci. tit. 1. n. 174. Montepicus in dicitur. post contratum. n. 102. & 104. Farinacius quiescit 164. n. 55. & 56. Bonacina disp. 3. de contratis. quiescit 8. p. 103. vlt. q. 2. fine. Limitant aliqui, ut intelligatur de fructibus perceptis ante item contestatam, fecus poitea, sic Montepicus supradicta. Peregrin. num. 185. Farinacius num. 157. Non credo, quia illi item contestatam non tollit dominium esse translatum; & ita alij Doctores hanc limitationem non apponunt.

21 Tertio adiutori fiscus habeat actionem contra alienantem in sui fraudem, non tamen potest res alienatas translatas in tertium possessorum, sed illo reuocare via executiva, sed ordinaria. Tum quia est valida alienatio facta. Tam quia iure communis, non proceditur via executiva, etiam actor habeat rem sibi obligatum per scripturam. l. minor. 25. annis. ff. de morib. & tradit. Vmbert. Locar. post iudic. inquisit. q. 9. 16. Farinacius de hæret. q. 190. n. 88.

P V N C T V M XXII.

An confiscatio bonorum delinquentis condemnati in contumaciam ob causam fidei sit facienda à tempore late sententie, vel à tempore, quo probationes signant delictum commissum.

- 1 Prima sententia affirms à tempore late sententia facienda esse confiscationem,
- 2 Probabilis est à tempore, quo testes deponebant hunc contumaciam in hæretice.

tumaciam in hæretice incidisse.
3 Satisfit oppositis argum.

Grauissima est hæc controversia, quia ex illa pender, an contumax alienare possit bona sua, antequam in contumaciam condemnetur, validaque sit eorum alienatio, neque reuocanda, nisi in fraudem sibi esse factam præberet. Si enim confitatio non est trahenda ad diem, in quo probationes dicunt delictum esse commissum, sed ad diem, in quo sententia super delicto in contumaciam late est, poterit contumax, dum condemnatus non est, bona alienare, & sic confiscacionem bonorum vitare, & iudices fidei eludere, quod certe non est parum inconveniens.

1 Est igitur prima sententia defendens bona talis delictum non publicari à die, quo testes deponunt illum in hæretice incidisse, sed à die, quo damnatur tantum contumex, vel à purgatione iniusta defecit, sic Gabi. Quidam late probans in suis quiescit scilicet tota quiescit 8. quem sequuntur abique via examinatione. Simane. de catholicis. infinit. tit. 9. num. 26. Menoch. lib. 2. conf. 159. sub. n. 19. Contra in e. alma mater. p. 9. 7. num. 11. vers. sed & in causa hæret. Thom. Sanchez lib. 2. cap. 22. num. 54.

Pluribus rationibus Gabi. Quemadmodum suam sententiam firmat, haec sunt præcipue. Prima, quia contumax non habetur pro confesso, & confitendo, neque ut talis condemnatur, nisi à die quo perfecta est communatio; ut habeatur in cap. cum contumacia de hæretice in 6. cap. excommunicatum, qui autem sed ut. & lib. Ergo solum ab illo die bona illius centeri debet publicata. Secundo, quia in supradicto, e. cum contumacia, solum dicere hunc contumaciam velut hæreticum esse dimandatum, non autem dicitur esse iudicata dum hæreticum; sed finitum illi. Ergo signum est dannari ob contumaciam, quia simili est hæretice in peccatis impositis, non autem dannari ob hæretice. Tertio ex doctrina Bart. in Lectoris qui delatorem ff. de iure fisci. vbi decedit fiscus probatiorum non praedicti hæretici, sed contumaciam fictione iuris censetur confiteri delictum, de quo accusatur. Ergo eius facta confessio non debet hæreti praedicari, ac proinde bona alienata repeti non poterunt. Quando probat ex textu, in cap. intollerabilius de furgat. canon. vii. habetur quod delictum in purgatione canonica detradendum sit in monasterio: cum ergo non dicatur tradendum esse curia seculari, efficietur non esse ut hæreticum iudicandum: cui modo dicendi fatur glori. fin. ibi. non traditur (inquit) curia seculari, quia illa probatio ex falso sumpta est, non vera, & directa, ac prouide natus puniri debet. Quinto demas testes deponere te fauile hæreticis, ob quam faturum citaris sub excommunicatione per annum perfici, non es ut hæreticus reputandus, & condemnandus, sed ad summum vi illorum faturum quia contumacia est facta confessio, illigere exequatur. Ergo si ex ea confessione solum delictum faturus argueretur, ex contumacia id ipsum tantum debet censeri probatum. Sexto, ut post contumaciam probat, & sententiam datam comparetur, posses contumaciam purgare, & condemnationem vitare: vt tradit Conat. cap. Alma mater. p. 9. 7. num. 11. Bernard. Diaz prætie. cap. 117. sub. num. 13. vers. 13. & quod existimat. Ergo contumacia in causa fidei non constituit iuris fictione hæretici, cum illa semel ita constitutus penas hæreti imponitas vincere nequaquam posces.

2 Nihilominus esti supradicta sententia probabilis sit. probabilitorem reputo afferentem publicationem bonorum faciendo est à die, quo testes deponunt hunc contumaciam in hæretice incidisse: sic validissimi argumentis probat, & defendit doctissimum, & eruditissimum Profess. Farinacius, de hæret. quiescit 190. & 12. n. 21. Illud autem est portissimum, ut hæreticus v. g. condemnatus in contumaciam, non condemnatus propter contumaciam, & inobedientiam, quam Praelatis Ecclesiæ habuimus mandata transgrediens non comprehendens sed condemnans ob delictu hæreti, quod prelucens incurrit, & pro quo citatus fuisti, ut responderes, sed delictum hæreti non iudicari incurredisse in die quo proficeret sententia condemnatoria, sed in die quo testes deponunt te exercitare actum, ex quo talis suscipio infurgo. Ergo ab illo die est publicatione bonorum facienda. Delictus est legitimus, quia publicatione bonorum facienda hæreti, non annexa. Maiorem probo ex dicitur. cap. cum contumacia, vbi infideles in excommunicatione per annum in causa fidei, ut hæreticus condemnatur, neque cum dannari potest ut hæreticus, si iuris dictione hæreticus non esset: & tradit glossa ibi. Conat. & 7. n. 11. in priv. Menoch. de arbitri. lib. 2. cap. 14. 16. 18. Bernard. Diaz dicitur. cap. 17. fine. Ioan. Rojas singul. 2. n. 4. Albert. de agno. coda afferit. entheologic. quiescit 30. n. 7. 3. Nauar. conf. 21. sub. tit. de hæretice. n. 2. Pergia. 3. p. 109. q. 94. Et ratio est manifesta, quia contumacia non est æquale delictum ac hæreti. Ergo non potest æqualem penam mereri. Ergo contra iustitiam proceder Pontifex, si hæc delicta æquiter punire: ut suspicium de hæretice, & in contumaciam persistentem eisdem penis effectu ac hæreticorum praetentem ut ex textu & Doctoribus relatis constat. Ergo non contumaciam sed hæreticum puniri probat, inquam per illam contumaciam; contumacia enim, & inobedientia

PUNCTVM XXIII.

Cui debent bona confisca applicari?

- 1 Sub varia distinctione quistio resolutur.
- 2 Confiscatio hæreticorum penes Pontificem residet applicatio.
- 3 Sapientia confisca sua dirigit ad aliquam prouincias, qua tamen leges sunt uniuersales.
- 4 Quid Pontifices in hac refutent?
- 5 In Hispania sive regio integre applicant bona, & quid in alijs regionibus.
- 6 Debent tamen Principes mandatū Inquisitorum obedire, alias de bonis confiscatis participare non poterunt.

1 Si de confisca lata à Principe loquamus, qualis est ob crimen læsa maiestatis, & in Cattelz regno ob crimen contra naturam, filio regio pertinent bona confisca, ut de se confit, Atque confisca non a Principe, sed ab inferiori iudicata sit, etiam si sit de iure communis in quo causa diximus extendi ad bona sita extra territorium confisca, talia bona sic extra territorium confisca existent non spectant ad iudicem, seu dominum confiscentem, sed ad dominum loci illius, ubi sunt sita, argumentum. *texus in l. quicunque. §. vniuersi. vers. quod si fecerint ibi in cuius territorio est, C. de hæreticis l. fin. C. de bonis valent. l. 1. L. uores & hæres ibi Bart. ff. de administratore. s. multis relatis testatur de communis Farinacis lib. 1. praxi. que s. 25. num. 10. Sanchez lib. 1. cap. 20. num. 34. Clarus in practic. q. 7. 8. ver. sed hic quarto. Hoc tamen intelligunt Farinacius, Sanchez, & Clarus, dummodo dominus alterius territorij habeat alias secus. Nam si care iure confiscandi, confiscenti applicabuntur; qui a cessat iuris dictiorum confusio, que est ratio quare bona sita extra territorium confisca, & per ipsius confisca confiscenti non applicentur. Secundo affirmat Farinacius num. 108, multos referens, & Sanchez supra, intelligendum est de bonis immobiliis; nam bona mobilia personam delinquenter comitantur, neque territorio circumferuntur, ac proinde confiscenti pertinent, ex text. in cap. 1. §. si index. de vobis feudorum, in illis verbis: *Dominus eius omnia bona mobilia sub sacramento iudicii reprobaret, quid quid in contrarium Mediolani sequitur ut te testatur Clarus dicit. q. 7. 8. ver. sed hic quarto, in fine.* Tertio intelligenda est confusio etiam in crimine hæreticorum etiam in illo criminis non debent applicari bona confisca existenti extra territorium confiscenti ipsi, sed sicut iudicis loci illius; sic Simancas de cathol. iustis titul. 6. n. 129. Gundisalvus, tract. de hæreticis, q. 15. n. 6. & sequent. Decian. tract. de crimen lib. 5. cap. 44. n. 8. Farinacius illi que s. 25. num. 104. & q. 109. de hæreticis, §. 12. n. 96. Quartuò inellige, etiam si bona existentia extra territorium confiscentis spectant ad ipsum iure directi domini, adhuc ad feudatarium non & ad dominium directum confiscentem debent pertinere, ex pluribus comprobant Farinacius supra num. 102. & seqq. specialiter ex Roland consil. 78. à num. 1. usque ad 22. volumen 2. quia vasallus infidelis a domino de morte, & mixto imperio non solum habere debet infidelis suorum subditorum, que meri imperii sunt; ut videlicet Bart & alii in Imperio, ff. de iuris. dict. omn. iudic. sed etiam habere debet confiscações, & publicaciones bonorum, quia ipse censetur quasi procurator sicut in rem suam. Excipi nisi crimen ob quod fit bonorum publicatio sit læsa maiestatis aduersus dominum directum, quia tunc dominio directo pertinent ea bona, etiam si extra territorium ipsius sint, in satisfactionem iuris tibi facte, nisi forte bona illa sint, in feudum, vel hypochrismum accepta a feudatario quia tunc ipsi feudatario applicantur, & vtile dominium cum directo consolidatur ex deo deo vasallus infidelis detrimentum feudatarius patitur, & probat exprest textus in cap. 1. §. illud. de prohibita feudi alienati. Roland consil. 78 per iurum, vol. 2. & consil. 73. vol. 4. Farinacius alios referens, que s. 25. n. 15. & seqq.*

2 Auerto tamen si tentatio confisca ad bona extra territorium confiscentis expressè non extenderetur posset tunc superior illius territorij si delinqiens illi subditur ratione originis vel domicilij nouum proceduum institueret, & denovo condamnare, & illius vigore bona ibidem sita confiscare: sic ex Bossio titul. de bonorum publicat. num. 75. Nilo de bannitiis, 1. part. secundi temporis, que s. 17. prope finem tradit. Farinac. q. 25. n. 20. fine.

Ceterum loquendo absolutè de bonis hereticorum in variis sententiis Doctores sine diuisi, cui debent applicari attentio iure communis: Referam quid mihi veniū videatur.

2 Et primo premitendum est applicationem horum bonorum um penes Pontificem esse; cum enim crimen hæreticorum ecclesiasticum sit, ex inquisitione & prohibitione de hæreticis, in eis, Pontifici competit committentes illud punire, sive Ecclesiasticos sive laicos, cap. licet de foro competere, & ibi glossa at una exponit, que aduersus hereticos fertur est confisatio bonorum. Ergo in illa imponeenda constitutions Pontificie seruandæ sunt, præferenda alijs regis constitutionibus, si forte contradicunt.

348 De pœnis temp. hæret. special de confisc.

can. Confirmit. Cognitio huius criminis Pontifici, eiisque ministri conuenit, & aucto modo pro claretibus & clericis, ut habetur in *Suprad. cap. vi. inquisitionis*. Ergo etiam applicatio bonorum hereticorum solum Pontifici, & quibus ipse facultatem dederit, pertinet; quia haec accessoria est prima cognitioni, vel portis condemnationi. Accessoriorum autem iuxta naturam principialis iudicandum est, *cap. accessoriorum de regul. iuris in. 6.*

3 Secundo præmitto lappe Pontificem constitutiones suas dirigere ad aliquas speciales provinciales, vel perfonas: quo non obstante leges sunt vnueriales pro tota Ecclesiâ, ut constat ex pluribus legibus inferius in corpore iuris, quæ speciales perfonas etiam directe. Ita te ergo plurimas esse constitutiones: a Pontifice latas in fauorem sancte inquisitionis, quæ Inquisitoribus & iuriis ordinis Prædicatorum, vel Inquisitoribus Italiae, vel Lo. nbaridæ directa sunt, ut videat potest in iis, quæ refert Pegna in fine direct. at inde non debet inferri obleruandas non esse ab Inquisitoribus totius orbis; alias plurima illis priuilegia concepla correrunt. Ratio autem, quare debeant obtemari & vim legis habere, ea est, quia in *cap. §. de heretic. in. 6. & elem. 1. §. vlt. de heretic.* cauerit omnes confiunctiones, & extravagantes contra hereticam prauitatem editas, etiam in corpore iuris non contineantur, obleruandas esce, & ita notauit opimè Pegna direct. *2. p. com. 158. circa medium, vers. præterea Farin. de heretic. q. 190. n. 173.*

4 His pointis Innocent. III. in *cap. vngentis de heret.* statuit bona hereticorum confiunctioni, & in terris Ecclesiæ, sive Ecclesiæ applicari. In terris vero Ecclesiæ temporaria non subiecti sive iudicis clerculari, etiam non condamnati filios habent catholicos. Postea vero in *cap. excommunicamus, el. 1. §. damnati, edem t. de her. supradictam confiunctionem limitavit in bonis clericorum, ea non Ecclesiæ sive Ecclæsis, a quibus stipendia receperunt, applicentur. Cæterum Innocent. IV. quem sequitur el. Alexander. IV. & Clemens IV. in sua confiunctione edita anno. 1252. cuius initium est, *Ad extirpanda. cuiusque memini Pegna in Suprad. loco. & in fine directori.* & Farinac. *num. 176.* trimembra fecit bonorum confiectorum diuisionem: & primam statuit applicandam eis in commune ciuitatis, seu loci, in quo delinquens damnatur, vel boni illius sita sunt. Secundo in fauorem, & expeditionem officij inquisitionis danda esse officiabimur quia tunc negotia ipsa peregrinetur. Tertiò ponendum in aliquo tuto loco, secundum quod dictis dicefanos, & Inquisitoribus, vel Inquisitoribz videbatur reuanda, & expendenda per consilium corundem in fauorem fidei, & ad hereticos extirpandos. Neque audiendus est. Butatus, qui *con. lib. 3.* scriptum reliquo has constitutiones solum in Italia obligare, non extra. Item non esse authenticas, vel via receptas comprobata manifeste Pegna. *dict. comm. 158. vers. ego vero.* & Farinac. *q. 190. n. 178.* Ille tamen nullo modo est derogatum constitutione Alexand. I V. edita anno 1260. incipiens *Descriptionem verba.* de qua meminerunt Pegna, & Farinac. *suprad.* ubi asserit Pontifex bona publicata, seu confiata, & in poitum confiuncta, seu publicanda eorum premium ad opus Romanæ Ecclesiæ conferuntur. Nam præterquam quod de causa speciali loquitur, & de parte illa, quæ sive Ecclesiæ applicanda est, siquidem est de bonis hereticorum in provincia Romana existentium, constitutione Clementis I V. qui proximus Alexand. fuit, trimembra illa diuisione Innocent. I V. firmata est; quod id ipsum fecit Eugen. I V. in sua confiunctione edita Bononia anno. 1438. 17. kalend. Februar. quia incipit. *Sedis apostolicae presidientis, quam ad verbum referit Farinac. dict. quæst. 190. num. 178.* Quapropter hac trimembra diuino oratione retinenda est, dum aliud à Pontifice non fuerit statutum: & ita tenet Pegna *dict. comm. 158. vers. 178. 179. 180.* *medium, vers. quare ut ad inquisitionem Decian tra crimen lib. 5. cap. 44. num. 2. vers. hodie tamen. Lcilius Zechius in sum. 1. p. rub. de heretic. e. 11. n. 16. vers. undecima pena.* Adiutor, tamen ut haec trimembra diuiso locum habeat, debent dominis temporales Inquisitoribus cotumque ministris necessaria pro expeditione officij sancte. Inquisitions suppeditare: iuxta confiunctiones Innocent. I V. Alex. IV. & Eugenij alias sancte Inquisitions officio, & Inquisitoribus omnia erant applicanda; quia celsar ratio quata illa tertia pars dominis temporibus applicetur: & ita tenet Pegna *dict. com. 158. vers. cum autem in multis locis.* Farinac. alios referens, *dict. q. 190. n. 185.**

5 Dixi hanc trimembra diuisionem feruandam esse, dum aliud à Pontifice non fuerit statutum: quod dixi tum propter bona clericorum ab Ecclesiæ in stipendio accepta, quæ non sive, neque Inquisitions officio, sed Ecclæsis, a quibus receperunt, & applicanda sunt: iuxta textum in *c. excommunicamus de hereticis.* Tum quia in pluribus locis aliud videtur cautum, quod ex confiunctione fatis recepta non leuiter colligitur. In primis enim in Hispania omnia bona hereticorum sive regia applicantur: & merito; quia Catholicissimus Rex Inquisitoribus, & eorum ministris, abunde suppeditat, & quicquid necessarium est ad promotionem sancti officii, ex suo (si opus est) patrimonio erogat: & ita restatur Couarr. *var. refut.* *lib. 2. cap. 9. num. 12.* Simanc. *de catholic. institut. tit. 9. n. 732.* Clatus in *præt. crimin. §. hereticis num. 11. vers. sed hoc Navar.*

*confil. 2. num. 1. ad fin. tit. de hereticis. Card. Tufchus præt. conc. verbo hereticis concil. 102. num. 15. Salzedo ad Bernard. Diaz. c. 114. verbo hereticis. & versique quid m opinio. Peregrin. de iure fisci lib. 4. tit. 5. n. 31. vers. clericorum. Pegna dict. com. 168. vers. hinc confessum. Jacob. de Graffis lib. 2. decisi. cap. 11. n. 13. vers. verum quando Farinac. dict. quæst. 190. num. 188. & hanc applicationem sive regio facienda in Hispania affirmat Couarr. *suprad.* & Mendoz. in additione ad report. inquisit. verbo dñi. lit. A. habere locum in bonis clericorum habentium beneficia, quæ non Ecclæsis a quibus stipendia receperunt, sed sive applicantur. In aliis vero regnis alia est constituta, ut cetera Farinac. *suprad.* Nam Placentia testatur ex Vimber. Locato in *ind. inquisit. verbo fiscus. n. 1. vers. confessum.* confiunctionem esse dividendi bona hereticorum in duas partes, quarum una applicetur sive Principi, qui benignissime brachii suum sancto Inquisitionis officio confert, & altera applicetur sancto Inquisitionis officio pro cius conseruatione. Eadem affirmit cum Bartolo *confil. 43. n. 45. lib. 1.* esse Mantua iuxta decreta Pontificis, Mediolani tamen dicit bona hereticorum diuidi ex quibus portionibus inter secum ducalem, Episcopum, & Inquisitorum officio. telle Claro præt. crimin. §. hereticis. n. 11. vers. in hoc autem ducau. quem refert Tufch. præt. concil. verbo hereticis. concil. 102. num. 16. Francia induxit esse confiunctione bona immobilia etiam clerici ad degradationem, vel perpetuo carcere condemnati. Speciatu ad Regem, vel ad dominum temporalem imperium ibi habentem. Mobilia vero Episcopo applicari secundum Oldradum, Rebus. Petri. Gregor. & alios relativos a Salzedo præt. crimin. §. hereticis. c. 114. verbo hereticis. circa finem. confessum. Couarr. lib. 2. variarum. c. 9. n. 12. Peregrin. de iure fisci lib. 4. tit. 5. n. 31. vers. clericorum bona. Sabaudia affirmit ex speciali constitutione Gregor. XIII. edita die 28. Septembris anno 1384. hereticorum bona diuidi hac ratione, si eorum valor mille scuta non supererat, Camera, & sive ducali mederas applicerunt, & altera officio sancte Inquisitionis. Quod si dicta bona valorem mille scutoum excelerint, omnia applicantur eidem Camera, seu sive ducali. Debent tamen ducis ministri pro qualibet confiunctione realiter, & cum effectu, & fine illa mota sancta Inquisitionis officio feuta quingenta omnino per solvere.*

6 Tandem adiutit & optimè Farinac *supradicto loco in fine.* ne Principes, & domini temporales, quibus vel ex confiunctione à Romano Pontifice approbata, vel ex illis speciali confiessione pars aliqua in bonis confiunctione conuenit, negligentes sive in exequendis mandatis Inquisitorum, aliquoquin non locum portione bonorum confiectorum illis debita priuati remanebunt, & indigni reputabuntur, sed tanquam hereticorum defensores, & sautoris inquiri iure potuerunt.

P N C T V M XXIV.

An excusat hereticus supradictam pœnam confiunctionis bonorum, eo quod recipuerit, vel misericordiam postulauerit.

- 1 Speciatu iuris rigore nunquam hereticus hanc panam: vire posse.
- 2 Ex misericordia remitti potest, si antequam accusatus, vel denunciatus sit, paniteat.
- 3 Secus vero dicendum censeo, si post publicata dicta illa si misericordiam expostulerit.

1 Longissimum esset recensere omnium placita, dicam quid milii probabilitus appareret.

Dicendum est ergo spectato iure hereticum nullo modo supradictam pœnam efficaciter eitate posse; quia haec pœna confiunctionis delicto annexa est, *cap. c. 10. secundum legi de hereticis.* Ergo semel commissio delicto pena hac excusat non potest. Dices non exculari ab illa pena contrahenda, ac ab illius executione exculari ob penitentiam. Sed contra quia hac excusat, que remissio est pena per legem imposita ex alia que lega, vel decreto Pontificis constare debebat. At nullius coulauri pontificis hereticis bona confiata remitti debet. Ergo non sicut illis remittenda ex iuri rigore. At ex benignitate, & misericordia praefat aliquando remittere c. quidquid contraria tenet Conrad. Brunus *præt. de hereticis. lib. 5. c. 6. n. 9. & 10.* Nam textus in *cap. vngentis de hereticis.* sufficiens præstat fundamentum ad hanc gratiam praetendam. Inquit enim Pontifex: Neque ad eos, feliciter hereticis bona coram vobis reuertantur, nisi eis ad eos reuertentibus, & abnegantibus hereticorum confiunctionem misericordi aliquis voluerit. & ita tradit. glossa ibi. Abbas *num. 2. in 5. notab. Felin. num. 2. Vimber. Locat. in iudic. Inquisit. verbo pena. n. 10. Simanc. in Enchirid. tit. 8. rub. de penitent. n. 4. Farinac. quæst. 25. num. 16. & 9. 190. §. 6. n. 144. Pegna director inquisit. 3. part. comment. 158. vers. 17.* sed cum ex benignitate e.

2 Quid si roges: quando ex benignitate remitti debet hereticis penitentibus boni?

Respondet

Tract. IV. Disp. V. Punct. XVIII. 349

Respondeo primum, quoties penitentia hereticus & misericordiam postulat, antequam accusatus, vel denuntiatus sit sic Simancas de catholicis, institut. tit. 47. n. 16. & 17. Sanch. tract. de heretico. i. 1. n. 3. Ioan. Calderinus tractat. de hereticis, num. 2. & legg. Franc. Pegna 3. p. directe comment. i. 5. 8. verbi serua similitudines illis in que dixerat quest. 9. 3. comment. i. 42. Secundo, si polloquum est accusatus, vel denuntiatus, non caput, statim ex ratione sum plene confiteratur, antequam dicta restituunt ei publicatio faciunt, videtur ex benignitate bona illi esse remittenda: tradit Squalidens, tract. de fide catholicis c. 30. num. 2. Farinac. q. 2. & num. 4. q. 190. num. 149. iuncto num. 135. Pegna director, loco, obligato 3. p. comment. 9. ad c. 1. vergerint verbo. 1. & secundo. Vobis, Locat. in judicial inquisit. verbo gratis, atque inquisitus Zanch. tra. de heret. c. 25. n. 3. verbo. in modo hodie Paris confil. 2. n. 18. 4. verbo. ad undecimam dubitationem, l. 4. Roland conf. 92. num. 24. lib. 3. & alij plures relati a Fatin. q. 190. num. 133. & 135.

Tertio extendente aliqui ex supradictis Doctoribus ad haereticorum penitentem ante sententiam, cui affirmant ex benignitate bona restituunt debere, etiam si post publicata dicta restituunt permissat sic Farmacius, Vimber, Locat. Parisius, Roland, nuper allegate. At hoc non credo, quia tunc non ex voluntate videtur facta delictum, sed quia illo coniunctus est. Quapropter hic perpetuato carcere manipulatur, iuxta textum in e. excommunicamus 2. & q. 5. de hereticis, ibi, si quis postquam fuerint comprehensi redire voluerint ad agendum penitentiam, in perpetuo carcere detinatur. Intelligo autem postquam fuerint comprehensi plene, hoc est, non solum caputa, sed praecipue testium depositione. In Hispania autem nemini hereticorum sit bonorum remissio, nisi tantum illi qui sponte erroris suos fatetur, hoc est, qui nullo intentu probacionis, & certificationis duebus ad iudicis fidei accedit ministericidio potestur, sic Simanc. tit. 44. de catholicis, inst. n. 3. & tradit Franc. Pegna 3. p. comment. 12. verbo. magna veniam. Dicitur autem nullo intentu probacionis duci ad fatendum errorum quando non vocatis ob denuntiationem, vel accusationem, iudice adiit criminis confessus, ut optimè docuit Abbas in. de die de simonia, & notauit Pegna sup. verbo. & motu probat.

P N C T V M X X V .

Qualiter fiscus satisfacere debeat creditoribus delinquis, cuius bona publicantur, ipsique delinquis liber maneat ab obligatione eis satisfaciendi.

1 Fiscus tenetur satisfacere omnia debita criminis ante delictum contracta, si publicet omnia eius bona.

2 Si publicet partem, pro parte tenetur.

3 Tenuit satisfacere debitis ante delictum, fiscus post delictum, nisi in utilitatem delinquenter, coferint.

4 Fisco incumbit omnis probandi debita contracta eis post delictum.

5 Satisfacere debet creditoribus, quos constar tales esse summaria in informatione facta.

6 Debet satisfacere pro viribus bonorum confiscatorum, & non ultra tantum si non conficerit invenientiam.

7 Item debet satisfacere ex bonis confiscatedis, & incorporatis,

ex debito posita, confiscando.

8 Item ex bonis suis in illo territorio, ubi adsumt creditoris.

9 Debet ita satisfacere prius fiscus, quam fiduciarum delinqutis.

10 Fisco conueniri potest via executiva si delinquis eadem conueniri poterat.

11 Fisco prius creditoribus, quam sibi pro expensis factis satisfacere debet.

12 Fata confiscationis liberatur debitor a satisfactione exhibida creditoribus tamen ad pinguiorē fortunā deueniat.

13 At si confiscatio non fuit omnium bonorum, sed pars, pro parte tenuit delinqutens.

14 Proprietor quidam obiectio, & fit illi satis.

15 Si ex gratia Principis redditis sunt bona delinqutens, teneatur satisfacere creditoribus.

16 Fiduciarum delinqutens tenetur satisfacere creditoribus;

tamen si fiscus non satisfacere.

C onstat apud omnes teneri fiscum publicantem bona aliquibus criminibus satisfacere omnia debita ante delictum contracta, quia fiscus licet non sit proprius haeres, eo quod condemnato vniuersitate successar, habetur tamen loco heredis, ac proinde sicut haeres teneat ad debita soluta defuncti, si fiscus ad debita soluta condemnari. Item fiscus occupate non potest nisi bona delinqutentis, at bona delinqutentis solum reputantur ea, que debitora aet alieno superfundit: vt ex parte haberet in l. non sufficiunt, si de ture fisci. Dixi teneri ad omnia debita, ad que delinqutens tenebatur, sive ex marito, deposito, commodato, legato, & cetero commissio fuit contracta; sive ad ea ciuitatis, sive naturaliter omnium obligatur, quia est vniuersalis successor successus in omni actione tam actiuus, quam passiuus delinqutentis, & ferd. de Castro Sum. Mor. Pars. I.

colligitur ex leg. ex facto, ff ad Trebellian. & leg. Papinian. §. meminisse ff de inofficio restamento, & alii quae congrue Farin. 1. p. praxis, question. 2. 5. a numero 69. & de heresi, q. 190. num. 28.

2 Notanter dixi teneri omnia debita criminis soltuere, si publiceret eius bona omnia si solum publiceret partem, pro parte tantum tenetur, quia tunc solum pro parte loco debitoris subrogatur, & deciditur leg. fin. Cod. de debitorib. cius lib. 1. ibi pro rata rerum quas possident, conveniuntur, sic Simanc. de catholicis, instit. 9. num. 2. Sanchez lib. 2. c. 22. b. 74. & 90. Bonacina disp. 3. de contractibus, quest. 3. p. 4. §. 4. n. 1. Farinac. quest. 2. 5.

3 Item dixi esse fiscum obligatum satisfacere debita ante delictum contracta. Nam ad ea, quae post delictum, cui est annexa pena confiunctionis, contracta sunt, non obligatur nisi in quantum probantur fuerit in utilitatem delinqutentis, & consequenter fisci impensa esse; quia ex bonis prius fisco obligari solui posteriora debita non debent, sic Zanch. n. 76. Bonacina dist. 5. 4. n. 1.

4 Cum autem dubium est, an sine debita contracta post delictum, quis debeat hoc probare? Didacus Gantara quest. crim. rubr. de heret. c. 1. n. 21. affirmat debere, opponentes probare. Sed verius est fisco semper incumbere, quia constat de debito, & obligatione. Ergo ut fiscus ab illa se eximat, debet probare post delictum prouenire. Item nullus prout inveniatur delinquere, nisi proberetur. Ergo neque contrahere in praedictum fisci, sic Sanchez Bonacina supra & Farinac. quest. 190. num. 28. Quod si delictum amissa non sit pena confiunctionis ipso iure, sed veniat imponenda, tenetur eodem modo debita soluere, a si ante delictum contracta essent, quia tunc delinqutens obligatus sua bona creditoribus potest, cum non sine fisco proprie obligata & quasi hypothecata, alias possit omnia bona in tertios alienata auocare, hypothecaria actione, quod est falluum, ut bene dixit Boilius tit. de bonorum publicatione n. 181. Farinac. 1. p. praxis, quest. 125. n. 190.

5 Modus autem, quem feriare debet fiscus in satisfaciendis creditoribus, est. Primum, ut satisfaciat creditoribus, quod tales esse constitutis solo summario examine, & veritate inspecta, neque definitiū sententiam spectet, colligitur ex leg. si quis post hac, in princ. Cod. de bonis prescript., & ibi Salicet. in fine Farinac. quest. 5. n. 176. Clarus praef. q. 78. virs. sed quo. Sanchez lib. 2. c. 22. n. 81. & alij apud ipsos. Et ratio est manifesta, quia delinqutens solo hoc summario examine, & veritate inspecta obligatur debita soluere. Ergo similiter obligari debet fiscus, qui loco ilius subrogatur.

6 Secundo debet satisfacere pro viribus bonorum confiscatorum, & non ultra, etiam invenientiam non conficerit, quia fiscus solum ratione bonorum obligationem satisfaciendi creditoribus subicit. Ergo oblati heredem non conficientem invenientiam teneri debita soluere ultra vires hereditatis. §. si verò non fecerit, authentis de hereditibus, & falcidias, & auct. sed cum test. in fine Cod. ad leg. falcidias, quia hoc in fisco non procedit, qui proprius haeres non est, ac proinde obligatus non est conficerre invenientiam: vt erudit Bart. in l. 1. §. an binaria, & ibidem Alex. in additionib. ff. de iure fisci, sic Clarus praef. q. 78. n. 30. Boilius praef. ist. de boni publici. n. 23. Peregrin. de iure fisci, lib. 5. tit. 1. n. 64. Sanc. lib. 2. c. 22. n. 83. Farin. q. 25. n. 183. & legg.

7 Tertiō debet satisfacere ex bonis conficerari, & incorporari, non ex debitis posse, conficerari: sicut enim ipse debitor delinqutens non poterat creditoribus inveniis dare insolventia nomina sui debitoris: ut colligitur ex l. etiam à quo, & ibi Bald. & Salicet. C. de solutionib. sic neque fiscus loco debitoris subrogari id facere potest: sic alij relatis docet Farin. dist. q. 25. num. 174. & 175.

8 Quartō, satisfactio praestanda est creditoribus vnius territorij ex bonis conficerari, non ex bonis alibi conficerari, quia creditoris satisfaciendum est eo in loco, vbi contraetus celebratus est, non alibi ipso creditore multo. l. qui cert. & ibi Bart. ff. de eo quod certio loco & sicut quilibet fiscus bona sita in suo territorio occupate potest, & non alia; ita debita ibidem contra acta satisfacere debet, & non alia. Quod si creditoris vnius territorij vellent sibi fieri satisfactiones ex bonis alibi conficerari, & ad diuersem fiscum pertinenteribus non teneant ei fiscus soluere, cum bona conficerata in illo territorio sufficiant, qui elto creditor habens bona debitoris sibi hypothecata, possit ex quibuscum illius bonis, etiam in alio territorio fisci, petere satisfactionem fieri, ex text. in l. creditori ff. de diff. pignor. at facta confiscatione id fieri non potest, ne fiscus vnius territorij omnibus bonis conficerat sibi pertinenteribus prout, altero fisco ille remanente, sic relato Cyano, Petri Bald. & Angelo in l. ex facto ff. de hereditibus inff. 1. tradit. Farin. q. 25. n. 175. Clarus praef. quest. 78. ver. ff. sed quo. an hoc causa Sanchez lib. 2. cap. 22. num. 78. At si bona vnius territorij ad debito ibidem contracta soluenda non sufficiunt, ex bonis in alia territorio fisci, illis esse satisfaciendum, quia absolute sunt bona delinqutentis, qui est obligatus, cuius obligations satisfactio preferenda est tui per fiscum acquistis, sic Clarus, Sanc. Farin. supra.

350 De pœnis temp. hæret. special. de confis.

9. Qui non debet fiscus satisfacere creditoribus, priusquam fideiussor ipsius delinquens, quia loco delinquens subrogatur; quare si creditores à fideiussore debitum exigant, poterit fideiussor excepere excusione faciendam à fisco in bonis confiscais, siue poterant excipere excusione faciendam à debitor, si debitor non fuisset delinquens ex *authent. præf. n. 17. Sanchez c. 22 n. 79.*

10. Sexto eadem ratione, si viaexecutiva conuenient poterat, delinquens, & fiscus etiam conueniri poterit, & obligari solvere; si fiscus enim non conuenit privilegiatus, nisi in causis à iure expressis l. 1. & ibi Cymis; *Cod. de petitione hæreditatis*, l. quod placuit, ff. deinceps fisci, sic Sanchez alias referens, num. 80. Non tamen poterit fiscus conueniri coram iudice delinquens, etiā instantia corporis fuerit contra delinquentes, sed necessarii conueniendus est coram proprio iudice: quod latissime probat Barbara in l. *si constante §. fin. ànum. 19. ff. soluto matrimonio*, cuius ratio mihi firma non videatur, illam tamen firmam putarem, que ex prioritate fisci definiuntur. Cum enim fisco concecum sit, ut nunquam conueniri possit, nisi coam proprio iudicis, ex l. 1. & alii, *Cod. ubi causa fisci, l. 2. C. si aduersus fiscum, l. eiusdem*, *Cod. de intent. & interlocut. omnium iusticium* l. 1. *Cod. de fidei instrumentib. l. 1. si consolanti, S. fin. ff. soluto matrimonio*. Neque autem habeatur exceptio, cum causa cepta est coram alio iudice, confeo in hoc cauſa coram proprio iudice esse conuenientem; confessit Farinacius, l. part. fragment. verbo fiscis, num. 185. Secus vero dicendum videtur, si iuri hæreditario succederet, aut post lacram sententiam in causa appellacionis, ex traditis à Peregrino de iure fisci, libr. 7. titul. 1. numer. 11. & 12.

